






Colour Chart #13	
Blue	Cyan
Green	Yellow
Magenta	Red
White	
Black	





SERENISSIMO ET
POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
D· F E R D I N A N D O · C O R O
NATO · BOHEMIAE REGI ARCHI-

DVCI AVSTRIÆ, DVCI BVRGVNDIÆ, STIRIÆ, &c

COMITI TYROLIS, &c. DOMINO

suo Clementissimo.

NTER publica bonorum omnium , tantæ digniratis accessionem Maiestati Vestrae gratulantum , vota & acclamationes , Serenissime Potentissimeq; Princeps , Domine Clementissime , vt nostra quoque vox & applausus exaudiretur , optimum factu putauimus , hunc animi nostri in præsens gratulantis , in futurum bene ominantis , ve-
luti præconem ac testem ad Maiestatem Vestram able-
gare . Et profecto ipsæ Ciuitates , quarum Typos ac Descriptiones hoc li-
bro damus , quasi lætitia gestientes , vtrò nobis ad Maiestatem Vestram
aditum affectare videbantur : cuius illarum non paucæ & agnoscunt Imperium , & Maiestatem omnes venerantur . Quamuis hic illud meritò
dubium videri possit , vtrumne Vestra Maiestati , an vero toti Christianæ Reipublicæ potius gratulandum sit : quæ vt hactenus Serenissimæ Ve-
stræ Familiæ , atque etiamnum Inuictissimi Imperatoris Matthiæ virtutibus , tanquam fulcris quibusdam , vnicè , post Deum , sustentata est , &
adhuc sustentatur ; ita porro Vestra Maiestate superstite , fausta sibi omnia
ac felicia pollicetur : Cuius pietas in Deum , amor erga subditos , iustitia in
omnes , vniuersæ denique Principe ac Monarcha dignæ virtutes , tam alto
loco positæ iam dudum orbem terrarum splendore suo atque admiratione
ita impleuerunt , vt nemo fuerit , nisi iniquus & inuidus , cuius
animus non & huius quem videmus ac gratulamur , & eius quem boni
omnes vouent atque optant , dignitatis apicem Maiestat Vestra sit augu-
ratus .

Virtu-

Virtutis ergo tuae, Rex Potentissime, licet in haec quoque vita glriosos in dies capias fructus; magis tamen ad ea præmia tua respicit pietas, quæ non tam temporaneam quam æternam conferunt felicitatem. Sed verissimum est quod suo ore cœlestis effatur Veritas; qui Deum honore affecerint, eos vicissim à Deo honorari.

Quod vero superest, Rex Serenissime, qua par est, humillima animi demissione Maiestatem Vestram rogamus atque oramus, hunc ut animi nostri affectum bonam in partem accipiat: dum nos interim coniunctis cum bonis omnibus votis Deum Optimum Maximum regum ac regnorum præsidem ac custodem ex intimis sensibus obtestamur, ut & Vestram Maiestatem, & vniuerlam Austriacam, mortalium pæne fastigium egressam, familiam, quam diutissime in columem ac florentem conseruet. Coloniæ Agrippinæ, 20. die Septemb. Anno M. DC. XVII.

Vx. Serenissima Maiestatis


Obedientissimi & humillimi Clientes


Antonius Heirat, &
Abrahamus Hoghenberg

EXONIA.



VAE Latin's EXONIA, prænobilis Anglia ciuitas, vulgo *Excesteria* dicitur, procul du-
bio ab Ex iluio (Latinis *Ica* quæ appellatio & ipsi opido à Ptolemaeo, & Antonino, &
ab hoc quidem, addito, ad differentiam Ilcæ Silurum, *Danmoniorum* cognomento, tribu-
itur) & *Castrum* Britannicæ linguae perfamiliari voce, nomen fortissima est: olim quoq; *Mon-
ke-ton*, à Monachorum ibi degentium clauistro; Britannis verò *Caer-uk*, *Caer-uth*, & *Pen-
caer*, id est, vrbs primaria (*Caer* enim vrbs Britannis) dicta. Deuonia nobilissimæ, & non
Comitatus solum dignitate, verum etiam plurimorum portutum opportunitate & la-
titudini quidem ratione, à boreali polo sub gradu L. & XLV. scrupulis, longitudinis verò, ab ultimo Oc-
cidente sub gradu XVI. & XI. scrupulis, posita est. Aer hic subtilis ille quidem, innoxius tamen, immo fa-
lubris. De agri genio & opidi commoditatibus sic Malmesburiensis: *Vrbs ista*, inquit, *lucet solum adiacens*
humidum & squallidum, *vix steriles aeraeas*, *plerumque inane folliculum sine grano producat*; *tamen & sua ma-*
gnificentia, incolarum opulentia, & conueniarum frequentia, omne ita abundat commercium, ut nihil ibi frustra de-
sideres quod vñi esse existimes. Huic terra defectui incolæ arenæ è mari petitæ medentur; quæ soli superficieis
insperfa mirum in modum ad fecunditatem est efficax, & animam quasi glebis infundit. Ciuitas ipsa loco sita
est per amoenæ, ad Orientalem Ilcæ ripam, molli & clementer ad Orientem edito colle, ad Occidentem declinii.
Moenia (quorum primus conditor Athelstanus rex memoratu) circulari ferè ac rotunda forma visuntur nisi
quod secundum Ilcæ ripam recta quasi linea ducantur. Portis sex aditus patet. Muri, cui alta prætensa est fossa,
interwalla frequentibus turribus, ac veluti pharis quibusdam ac t' peculis tam firmantur quam ornantur. Ambi-
tu mille & quingentos passus amplecti aint; prater suburbia, quæ longe hinc inde procurrunt Ecclesia Paro-
chiales XV. numerantur: quarum primaria speciosis ædibus circumsepta, ab eodem Athelstano condita, & S. Pe-
tro dicata, Monachorum olim claustrum fuit seu domicilium; Episcopali postea dignitate, translati Westemo-
nasterium Religiosis Fratribus, & Cornubiensi ac Creditonensi iedibus huic annexis, ab Eduardo Confessore ot-
nata. Primus Episcopus Leofricus Brito fertur: cuius successores templum & ædificiis & redditibus auxerunt: in
primis vero Guilelmus Bruerus, qui à primo nonus, Capitulum hic seu Collegium, Decano & XXIV. Canoni-
cis constans, instituit: quod nunc murata religione sublatum est. Quo seculo floruit insignis ille Poeta Iosephus,
ab hac vrbe *Iscanus* dictus; cuius poëma de bello Troiano tanta visum est elegantiæ, vt in Germania sub Corne-
lij Nepotis nomine diuulgatum sit. Non minus celebris, sed laetior est memoria VVirifridi sive Bonifacij, qui
Hassos, Thuringos & Fritios Germanie populos ad Christianam fidem convertit, Creditio, (nunc Kirton) vi-
cino huic opido, oriundus. Porro in ipso collis, cui opidum adsidet, quasi fastigio, non procul à portu Orientali,
arx visiti antiquitate tantum, & situ nunc commendata, *Rugemont* vulgo dicta, Occidentalis Saxonie regum,
postea Cornubiæ Comitum, quondam sedes: unde non in opidum modo, verum in ipsum quoque mare axœ-
nus patet prospectus. Ex aduersa opidi parte Ilcæ praterlabens, in plures, sed tenues alueos deductus, velut insu-
la quasdam facit: sed ipsius fluminis ad subuehenda altius mercionia vñsum, moles quædam (VVearies vocant)
ab Eduardo Cortinæ Deuonia Comite ciuibis infensiōti, alueo fluminis obiectæ non parum impediunt, ita
vt merces ad viculum Topesham, tribus ab vrbe milliaribus, expolitas terrestri itinere deferre necesse fit. Ad
Reipublicæ administrationem quod arrinet, summus magistratus pene prætorem est sive *Maiorem*, & Socios
seu Colligas viginti quatuor: quibus adiuncti sunt Recordator, & Clericus seu Scriba communis, cum publicis
Ministris, quos *Sreuennes* appellant. Horum æquitate & prudentia ciues & amici inter se vivunt, & omnibus re-
bus ad vitam necessariis abundant. Quinetiam vrbs haec olim Ducali dignitate floruit, Horum Dicum ultimus,
Henricus scilicet Hollandus, Ioannis Hollandi (qui Richardi II. Regis frater veterinus fuit, & ab eo primus ad
hanc dignitatem electus) è filio nepos, quem pro Lancastrijs contra regem Eduardum IV. arma sumplisset, eo
miseriarum adactus est, vt Philippo Cominæ teste, laceris vestibus nudisque pedibus in Belgio stipem petere
vñsus fuerit: tandemque cadaver eius tamquam naufragi in Cantianum litus eiecit, insigni documento fuit,
quam malè vel summa fortunæ, vel Nobilitati credatur. Nec minus illustre humanarum rerum inconstantiæ
exemplum præbuit Henricus Cortina, qui patrum nostrorum memoria Marchionis Exoniensis dignitate ab
Henrico VIII ornatus, cito iterum subuersus fuit. Ceterum ab ipsa vrbe ad Ilcæ vñque ostium in vtraque amnis
ripa nihil fere memorandum occurrit, præter duo castra, *Exminster* & *Ponderham*: quorum haec Cortina orum
regulorum sedes est, ab Isabella de Fortibus constructa. in aduersa vero ripa ipsi ostio adsidet *Exanmouthe*, pisca-
torum vicus. Iam vt de rebus gestis aliquid etiam addamus, huius vrbis præficio Britanni per CCCCLXV. an-
nos, à primo eorum in Insulam ingressu, Saxonibus restiterunt; tandem ab Athelstano totius imperij potito de-
turbati, & vltra Tamarum submoti: qui vrbem vallo, muro & propugnaculo cinxit, & multo splendidius ex-
adficatam & insignibus priuilegijs dotatam solis Saxonibus habitandam concessit. Postea vero Danis in insula
grassantibus, vrbs haec clades atroces sensit, sed grauissimam Anno M. III. à Scenone eorum rege perfidia
Normanni cuiusdam *Præfecti* capta, & omnibus belli iniuriis vexata & foedum in modum deformata. Inde
quum vix respirare & pristini nitoris recolligere aliquid coepisset, quum ecce à Guilelmo Normanno,
Conquestore vulgo, à nonnullis etiam *Bastardo* seu *Notho* dicto, arctissima obsidione cingitur, quam ci-
ues aliquamdiu non modo fortiter tolerarunt, sed proeacibus etiam verbis hostem vitro prouocarunt & irriferunt. quæ petulantia magno illis constitit, diuinitus (vt antiqui indicant, simul & iudicant
Historici) punita. Quum enim bona muri pars repente concidisset, hostisque hac inuitatus occasione, per ru-
inam irruptionem tentare decreuerit, ciues confernati, deditio ne facta, sub victoris ius concesserunt. Sequen-
tibus temporibus binas quoque alias obsidiones Exonia non sustinuit modo, sed & elusit. Primam sensit ab Hu-
gone Cortinæ Deuonia Comite, Anno M. CCC. XCVII. bello illo intestino inter Familias Læcastriensem &
Eboracensem, de regno primum, deinde de salute quoque pertinacissime inter se digladiantes. Secundam à Pe-
tro Varbeco, qui infamæ fortis homo, ab alijs subornatus, & pro Eduardi IV. filio in scenam velut productus,
turbas periculosas concitauit; sed detrecta impostura, & illas & vitam suspendio finiuit.





EBORACVM.



Ost Londinum, totius Angliae primaria Vrbs censetur Eboracum vel Eburacum, *Torck* vulgo, *Cæsareo* Britannis, Saxonibus *Euer-wicke* dicta. Camdenus non aīunde, quām ab *Vro* flumine (quod nunc *Ouse*) vrbem intersecante, appellatam putat, vt *Eburacum* idem sit, quod ad, vel *secundum* *Vrum*. Vrbs sāne est per amēnō loco, & (vt celestem quoque situm addamus) secundum Mercatoris rationem sub gradu Longitudinis XIX. & XXXV. scrup. Latitudinis verò L. & scrup. X. sita, ampla & magnifica, cuius opibusque referta, non validis fōlūm prōpugnaculis inuncta, sed etiam speciosissimis ædificijs tam publicis quam priuatis exornata, quam Vrus fluitus, vt diximus, à septentrionali plaga in australi placide delabens, medium ferè quasi in diuas vrbes diuidit; quæ lapideo ponte vadissimo, qualis vix vñquam videtur, fornice arcuato coniunguntur. Ea quo Occidentem spectat, nec magnitudine, nec ædificiorum frequētia par, mēnibus pulcherrimis cum fluviō, quadranguli ferè figurā coicluditur, portaque vna, quam *Nikelbarre*, id est, *magnam portam* vocant, venientes admittit; à quā loqua & spaciofa ad pontem vñque platea protendit, elegantibus ab vtrōque latere exornata eibus, quibus a tergo subiacente horti per amēnō, & post eos ad mēnia vñque campi exercitijs dicati; in quōrum australi angulo moles editor eminet, castro, vt videtur, exstricendo congesta, quam Melton Archiepiscopus primū spissis, & xvi i. pedes longis tabulis, postea lapideō muro inclusi; quorum vix nūc vestigia supersunt. Pars orientalis, quæ tota ædificijs condensata est, & angustioribus plateis diuina, lenticulariē ferè habet figuram, validis itidem mēnibus, & ad ortum hibernum Fossi fluminis fati profundo alueo minitur, qui in vrbem ipsam ecce via penetrandis, ponte continetur, ita ædificijs continuo, vt non pōtem, sed perpetuum victim putes, pauloq; inferius Vro seu Ouse commiscentur; vbi non procul ab ipsis confluentibus ē regione molis, quam modō diximus, ad frenandos cives, firmissimum castrum, loco admodum opportuno excitauit Gulielmus Normannus: quod tamen, vt cetera quoque, tamquam ignavia ad detracitam militiam receptacula, iamdiu neglectum, vetustate paullatim collabescit. Ad ortum astriū Cathedrale templum Apostolorum principi S. PETR o sacrum, magnificā admodum strūeturā consurgit; iuxta quod, Ouseam versus, extra mēnia, suis tamē mēnibus & flumine inclusum nobilissimum S. MARIAE floruit Monasterium, ab Alano III. Britanniæ Anterioriæ & Richmondie Comite conditum, & opulentis rēditibus dotatum, nūc autem in profanōs vñs & regias adēs conueiens. Romanorum olim fuisse coloniam, & sextam Legionem Viētēcē cognomine, stationem hic egisse, non leuius arguementis probat Camdenus. SEVERUM certè Imperatorem, suum hac in vrbe habuisse palatium, animamq; cum his verbis exhalasse, legimus: *Turbatam Rempublicam accepit, pacaram etiam Britannis relinquo*. Nec illud silentio prætermitendum, quod hac in vrbe Bellonæ templum fuerit, quod ex Spartiano colligitur, sic loquente: *In civitatem (Eburacum) Sevēniens, quum rem diuīnam velle facere, ad Bellonæ templum ducetus est errore aruspiciis rustici*. Quo tempore Prætorium seu tribunal huius vrbis vel hoc nomine fuit longe felicissimum, quod Aemilius Paulum Papianum, Iuris & Iurisprudentiae oraculum, viderit, & audiuerit, tēste Forcatulo. In hac etiam vrbē Fl. Val. Constantius cognomene Chlorus, virtutibus & pietate insignis Imperator, qui *buc* (vt inquit Panegyristes:) *dīsiā ad ultimum terrarum limen vocantibus accēsīt*, diem suum objit, solenni Apotheosi, vt enummis antiquis videbāt, in deos relatus. Camdenus quidem testatur, à fide digni se accepisse, quum superiori saeculo Monasteria Eboraci diruerentur, in crypti-portico aediculari, in qua Constantium situm opinio erat, lampadēm ardente repartam. Veteres enim, si Lazio credimus, auro in pingue liquorem arte soluto, diutissimum & per multa fascula arsurum in sepulchri ignē fovere sunt foli. Hic pater fuit Magni illius Constantini ex Helena priore coniuge suscepit; quem antiquæ Epigraphæ Romaniæ vrbis liberatorem, fundatorem quietis, Reipublicæ infrastrutorem indigitant: qui quum Eboraci patris spirituū exceptiss, statim in Imperatorem fuit eleutus, cui purpūram milites, (verbâ sunt Panegyriste) vtilitati publicæ potius, quām affectibus seruientes, inicere lachrymant, equumque calcaribus incitanti, vt depositis exercitūs fugerent conatū. Sed molestantem eius vicit Reipublice felicitas. Vnde idem Panegyristes exclamat: *O fortunata, & nunc omnibus terris beatior Britannia, quæ Constantium Césarem primā vidit*. Quod quidem elogium Eboraco primariō debetur. Ab eodem *Conflatio* Episcopalem in hac vrbe cathedralē collocatam esse, Anglorum Annales produnt. Post discessum verò Romanorum, Britanniā præda barbaris relēta, in eam solitudinem vrbis redacta fuit, vt vix facellum, in quo Edvinus Rex baptismum suscepit, superferret. Idem Anno D CXXVII. oratoriū ex ligno erexit; quumq; maiorem ē fāxo Ecclesiā moliretur, vix iactis fundamentis, morte p̄ceptus, opus successori suo Osvaldo perficiendū reliquit. Ita inde Ecclesiastica in hac vrbe dignitas magna suscepit incrementa, pallioque ab Honorio Papa misso, Cūtiā facta est Metropolitana, sic vt Archiepiscopus, præter duodecim in Anglia Episcopatus, in omnes quoque Scotiæ Episcopos Primatis iure funderetur. Sed ante quingentos annos defecit à sua Metropoli Scotia, & ipsa Metropolis alios vicinos Episcopatus, tenuis illis quidem, ita attenuauit, vt quatuor tantum reliqui sint, Dunelensis scilicet, Cestrensis, Carleontensis, & Mānnensis seu Scōdensis in Mānnā insula. Magnum quoque huic vrbī ornamentum attulit nobilissima Bibliotheca ab Egberto Archiepiscopo (qui circa annum salutis DCCXL. floruit) constituta, quam Malmesburien-sis omnium liberalium artium armarium & sacrarum vocat. De quā Alciūtus, Eboracensis, Caroli Magni Præceptor, & primus Academia Parisiensis quasi formator, vnicum huius vrbis, patriæ sue decus, in epistola ad Carolum: *Date, inquit, exquisitoris eruditio-nis Scholastica mābilēs, quales in patria habui, per bonam & duxi simam Egberti Archiepiscopi industriam*. Et si placet sapientia vestra, remittam aliquot ex pueris vestris, qui ex iepiant inde queque necessaria, & reuebant in Franciam flores Britannia, ut non fit tantummodo in Eboraco hortus conclusus, sed etiam in Turoniā emisiones Paradisi. Eodem tempore præter literariorum hinc thesiūrum, mira Principium liberalitate magna opes in hanc Ecclesiā collata sunt. De Vlpho quidem Toraldī filio (quod cum Camdeno ideò adnoto, vt rāra quādām in dōrātis Ecclesijs confutet eluceat) sic vetus liber: *Domīnabatur Vlphus ille in Occidentali parte Deira, & proper altercationem filiorum suorum senioris & iunioris super dominis post mortem, mox omnes fecit æquē pares*. Nam Eboracum indolat dierūt, & cornu, quo libere coniugent, vno replevit, & coram altari Deo & S. Petro Apololorum principi omnes terras & redditus flexis genibus propinavit. Id cornu diligissime affuerat superioribus demū annis, vñcā cum ceteris facis rebus sublatum aiunt. Sequentibus temporibus quām vrbis ipsa tum vniuersa circumiecta regio tot tantisque cladi bus à Danis & Normannis affecta fuit, ut humus per sexaginta milliarda (verba Malmesburien-sis vñspro) penitus inculta iaceuerit, vt vrbes oīm præclaras, turres celo proceritate minantes, agros paucis letos, si quis tum vidisset peregrinus, ingeniscret, si quis vetus incola, non agnosceret. Post funetas hās clades, quām paullatim recreari cōp̄sset, regnante Stephano, vrbis damnum longe fecit maximum ex fortuito incendio, quo hausta fuerunt Cathedralis Ecclesia, S. Mariæ Monasterium, aliaque religiose ædes, & etiam instructissima illa, de quā suprà diximus, Bibliotheca. Et Monasterium quidem citò fuit restauratum; Ecclesia autem Cathedralis serius, nec ante Edwardi I. tempora; tandem verò Archiepiscoporum opera non sine vicina Nobilitatis ope, ad summa, quā nūc cernit, elegantiā perduta est. Circā idem tempus ipsa quoque ciuitas nouis mēnibus, & dispositis per ea turribus cīnctis, optimis insuper Republica legibus constituta. Initio Comitatus fuit, ad Ducatus dignitatem postea evectus. Quæ & quām cruenta bella inter Duces istos & Loncastrientes de regno contēdentes gesta sunt, cuius in Anglia gentis historia non peregrino notum est. Nunc quoque vt oīn, prouincia hæc totius regni primaria censetur, & Regum secundogenitūs filii titulus huius Ducatus ferè attribuitur. Superioribus annis Henricus octauus Senatus in hac vrbe constituit, ad instar Parlamentorum Gallicorum, qui Septentrionali huius plaga ius diceret. Ipsa Republica administratur à Prætore, duodecim Assessoribus seu Senatoribus, quos Aldermannū vocant; quibus assistunt (visitatis vtrar nominibus) Camerarij aliquor, Recordator, Clericus communis, sex ad Clauum seruientes, duo Armigeri, Ensifer scilicet, & publicus Seruens, qui magnā insignis Clauā, lauum Ensifer illius latus claudit.

RICH-



Britannus




Romanus



Saxo



Danis



50 100 150



A. Colons Brig	R. & Hollands Lane	S. Grand Lane	M. 5ter. Stert	R. Royalist Lane
B. Stone Brig	L. Northgate	T. Mickl Berte	M. Mercysau	R. 5t. Jef. Stept
C. Vischer Brig	M. The Merl place	E. Berte Lane	L. 5t. Iahill	K. Kilders Stept
D. Wolfe Cap	N. Marley water	S. Chalk Almrof	S. Sonnater Row	C. Croydon Stept
E. Derry Cap	O. Castle Forza	Y. Sonnater	W. 5t. John Stert	G. Fulham Stept
F. 5t. George Cap	P. 5t. George	Z. Chalk Almrof	X. 5t. George Stept	H. 5t. John Stept
G. Saint Marys	Q. Shambles	A. 5ter. Cope	M. 5t. George Stept	I. 5t. John Stept
H. 5t. Paulus	R. Fable Stept	B. 5ter. Cope	N. 5t. George Stept	J. 5t. John Stept




Rex et Regina.



Nobiles Argalæ.



Cines Anglais.



1 Green's Aye
 2 The Church
 3 Olde Hall
 4 Newe Hall
 5 St Marye Strete
 6 The Mill
 7 Fope market
 8 Stane well
 9 Butcher's Strete
 10 Kerne Lane
 11 Market Strete
 12 Sneydes fere
 13 The Friers
 14 Chorrell Lane
 15 Penny Strete
 16 Wode Castle



Anglice Rustici.

RICHMONDIA.

AR X hæc à splendore seu pulchritudine *Sheue* vernacula lingua olim dicta, nunc multò meliori iure nomen idem meretur. Propinquum habet frequens in primis emporiorum, *Kingfoum*, id est, regium oppidum appellatum: ut in quo ex antiquis Regibus aliquot, Athelstanus scilicet, Edvinus & Ethelredus, inauguriati fuerunt. Hi verò non in ipso oppido, sed quam diximus, vicina arce habitare solebant. Vnde & ipsa multis regis funeribus celebratur. Hic enim diem extremum clausit Eduardus III. Rex longè potentissimus, ingenti dolore confectus, quem è prematura filij bellissimi, ac rebus in Gallia benè ac feliciter gestis clarissimi, morte hauserat. Hic etiam defuncta est Anna, Richardii II. Regis vxor, VVenceslai Imperatoris filia: cuius mortem adeò acerbè atque impotenter tulit maritus, vt etiam ipsam arcem omnino negligeret, ac tanquam funestam auersaretur. Quum ergo paullatim ruinam agere cœpisset, ab Henrico V. restaurata est, adiuncto Carthaginorum Cœnobio, *Bethlebeum* dicitur. Tandem **H**ENRICO VII. regnante, Regia hæc sedes damno incendio ferè tota conflagravit; verùm ut phoenix, non multò post è suis cineribus multò splendidior renata, nouum nomen *Richmondia*, à regione, cui Rex ille priuatus, Comitis titulo præsuerat, accepit. Sed & superioribus annis Elisabetha Regina, que loci huius amoenitate in primis delectabatur, vitam hic finiuit.

LANCASTRIA.

Vnde nomen oppidum hoc traxerit, disquisitione non egit. Situm enim est ad australem Loni fluuij ripam, à quo sine dubio *Loni-castrum* appellationem sumpsit. Camdenus Romanis quoque notum, & *Alonem*, pro *Arlone* (quod Britannis ad vel super Lonus sonat) nominatum putat. Speedus vetus illud Longouicum (*Loni vicum*) esse censer, vbi (vt liber Notitia prouinciarum restatur) Longouicariorum numerus sub Britanniæ Duce statuonem habuerit. Vt sit, nūmos hic nonnullum, Caſarum imaginibus insignitos, erui aiunt, non obscurò Romane vetustatis argumento. Aream antiquæ vrbis ibi suffit prædicant, vbi superioribus annis Religioli claustrum habuerunt, à Scottis Anno M.CCC.XXII. repentina populatione successa deinde nouum oppidum, propius collem viridantem ad flumen adficari coepit. Hodie quidem decus omne in castro, Templo, & Ponte consistit. Caſtrum dicto collis impositum, non ita magnum est, elegans tamē & firmum: non procul inde in ipsa præcipiti collis declivit parietis antiquissimi & Romani operis pendet fragmentum præceps. Plateæ plures sunt, & in longitudinem ferè protensa. Ad Politicanum administrationem quod attiner, Eduardus rex III. huic oppido concepsit Prætorum seu Maiores, binofique Ballinos, qui in hodiernum diem è numero duodecim Seniorum Burgenium (*Confratres* vocant) eliguntur. His adhibentur vt Aſſessores, viginti quatuor Burgenſes, penes quos summa est administrationis. Accedunt publici Ministris; duo Camerarij, Recordator, Clericus communis & Seruientes ad Clauam duo. Poli eleutio in latitudine est LIV grad. & XLVIII. scrup. ab ultimo vero Occidente meridianis linea XX. grad. & duodequadraginta scrupulis removetur. De Comitibus ac Ducibus Lancastria vide eundem, ex quo & Speedus & nos pleraque hæc sumpsumus, Camdenum.

SARISBVRIA.

AD Viltonensem in Anglia Comitatum vrbs hæc pertinet. *Sorbiodunum* antiquorum esse, cuius in Antonini Itinerario fit mentio. Camdenus verisimilibus rationibus contendit, sed non longè inde alio loco, nimirum in campeſtri planite, vbi hodieque veteris Sarisburie nomen retinens vicus est, situm. Deserti ab incolis oppidi cauſam idem quum militaris præſidij insolentia, tum aquarum imprimita penuria adſcribit. Sic enim Malmesburienſis: In vico ciuitatis caſtellum erat, muro vallatum non exiguo, cæteris communitatibus vtcumque valens, aqua penuria laborans adeò, vt mirabil commerce aqua ibi vendatur. Quinetiam Britannicæ linguae periti Sorbiodunum, ſiccum collem interpretantur. Huius migrationis meminit in suis epistolis Petrus Blæſenſis. Sic enim de antiquo Sorbioduno scribit: Erat locus ille ventis expostus, ferilis, aridus, desertus: erat ibi turris quasi in Silvam, qua habitatores loci onere longe seruitus oppreſſit. Et paulo pôst: Caputua erat in monte illo Sarisburienſis Ecclesia. Descendamus ergo felici auspicio ad complana, vbi valles abundant frumento, & campi pasci pinguient. Locum vero in quem descenderunt, vbi hodieque ciuitas sita est, Poëta qui illo tempore vixit, sic describit:

Est in valle locus, nemori venatibus apto
Contiguus, celebris fructibus, ruber aquis.
Tale Creatoris matri Natur'a creata
Hoffpitum toto quæſit' orbe diu.

Et magno quidem studio statim Richardus Poorus Episcopus templum in loco amoenissimo, prius *Merifield* vocatum, augustissimum moliri coepit, cuius structura totis quadraginta annis, incredibili cum sumptu fuit absoluta. Cuius magnificentia è politissimis Danielis Rogerſij veribus facile quis aſſumare posſit, qui sic habent:

Mira canam: ſolēs quoq[ue] continet annus, in una
Iam numeroſa (terunt) adēfeneſtra micat.
Marmoreas que capit fuſas tot ab arte columnas,
Comprēnſas horas quoq[ue] vagus annus habet.
Torque parent portæ quo mensis annus abundat.
Res mira, aſſerat res celebrata fide.

Opibus etiam & annuis censibus Ecclesia hic breui ſic aucta fuit, vt præter Episcopum, Decanum, Præcentorem, Cancellarium, Thesaurarium, Canonicos triginta tres honestissimos aluerit stipendijs. Nec minus interim ciues, dum Episcopus Dei domū molitur, vrbi condenda atque exadſicanda infudabant, riuiulis in singulos vicos deriuatis, & foſa quā perenni flumine non ſubluitur, circumducta: vt defecſus quidem aquarum matrī non tantus fuerit, quanta & illarum, & piciū, & omnī aliarum rerū filiæ ſuppetit copia. Sed vix quidex quo ſactum, vt vereri oppidi ciues, & plures aduenæ, loci & commerciorum opportunitat̄ illeſti, certatim in nouam hanc vrbum cœleſtem Mercator ponit ſub latitudinis gradu L.I. & X. scrup. longitudinis vero gradu XVIII. & XXXI. scrupulis ſeu minutis.

HABITVS VETVS ET NOVVS

Britannorum ſeu Anglorum.

VIDE in hac Tabula ſimil eleganter depictum tam Veteri quām Nouum eartum gentium, quā olim Angliam inſederunt, & adhuc tenent, habitum; de quo quod dicamus, nihil eſt, vtpote de re, quā in horas penē pro cuiusque gentis libitu mutatur. Ilud vnum & hinc & ipsa experientia conſtar, hodiernum Anglorum habitum partim Gallicum, partim Italicum aemulari: & quicquid, merito iudicari poſſit.

DUBLINUM HIBERNIAE

vrbs primaria.



X omnibus Hibernia insula opidis nec antiquitate, nec oportunitate commerciorum, nec ciuitatis frequentia, nec opum abundantia vlli concedit Dublinum: quam Ptolemaeus Ebiam, Angl. Deuelin, Cambro-Brittanni Dinas-Dulin, Saxon. clime Diflin, & Hibernici Balaleigh, id est, opidum super crates, appellant; quod subiectis in paluſtri ſolo cratibus ædificia innitantur; ſicut Hispalim quoque ē ſimi cauſa nominatam, licet minus veriſimiliter, Isidorus tradit. Sitā hæc vrbs est in ea Insula parte, qua Lagenia dicitur; cuius non modo, verum etiam totius Insulae primaria vrbs & regia ſedes ſemper fuit, monibus & munitionis valida, ædificijs ſplendida, magnitudine ſpaciosa, emporium frequens, ac upremæ iuſtitia forū. Suburbia habet eis & ultra Linnum amnum, qui eam in duas partes diuidit, valde ampla, pleraque etiam muro circumſeptra. In his quæ ad Orrum ſpectant, Henricus Secundus Angli Rex, Houdeno teste, regium palatium ſibi conſtrui fecit: circa annum vero M. C. XIX. Henricus Loundreus Archiepiscopus egregium ibidem armamentarium arcis inſtar, erexit. Ab hoc non longè abeſt Collegium pulcherum, Sanctæ & indiuidua Trinitatis nomini confeſtatum; quod regina quondam Elisabetha Academia priuilegijs dignata eſt. Quindecim hic templa ſeu aedes ſacra viſuntur: quarum præcipua Archiepiscopo inſigni Canonicorum Collegio auſta; cuius forma aliqua etiam hodie ſuperſt, ut quod etiam nunc tuum Decanum, Cancellarium, Theſaurarium, Praefentorem, & Praebendarios viginti duos habeat ac ſuſtentet. Secundo loco eſt Christi nomini confeſtata Eccleſia, in qua celebris ille Hibernia domitor, Richardus Strongbouſius, Penbrochiaz Comes, ſplendido tumulo conditus iacet. Et hæc quidē vrbs vi prima totius insulae in Anglorum dominatione confeſſa, ita in eadem conſtanter perpetuo haſtem manſit, licet non ſemel tam ab Aufulpho Dubliniensi principe, quam Gottredo inſularum rege vehementer fuerit oppugnata; paullatim que ita efforuit, ut nihil hic defit, quod in florentissima viue deſiderare quis poſſit. Ciues multis immunitatibus ac priuilegijs gaudent, & ab Anglorum moribus parum aut nihil fere ab ſunt, ut qui plerique ipſi orti Angli ſunt, è Briftolensibus eō deducta colonia. Pro ſummo magistratu olim Prepoſtitum ciuitas habuit: ſed anno M. CCCC. IX. Henricus Quartus Anglie rex iuſſit, ut Maior vnuſ, & duo Callini quotannis eligerentur, ut que Maiori gladiu deauteurs præferretur; in Ballinorum vero locum Eduardus Sextus Vicecomites ſubſtituit; qua quidem politice administrationis forma hodie in viu eſt.

LIMMERICK.



T Dublinum totius Hibernia, ita Momoniæ, præcipua in ea prouincia, caput eſt Limmericum, ciuitas, Hibernis Loumneagh dicitur. Posita eſt, secundum Mercatoris computationem, ſub gradu latitudinis LIII. & XX. Icrup. longitudinis vero IX. & XXXIV. ſcrup. Diuino ſine nobilis fluminis alveo circumſuluit: quod flumen & varijs ciuitatis viibus, imprimis vero mercibus aduehendis, inſeruit, & ipſi opido plurimum ad ſirmitatem ac munitionem confeſſit. Epifcopalis cathedra ciuitas hæc gaudeat prærogatiua; duo etiam, pro more grecis, ſplendida habet Monasteria; vnum Dominicani, alterum Franciscani Ordinis. Caſtello quoque ſeu regia arce tam ornata quam munita conſpicitur, à Ioanne Anglorum rege exiuit: & in qua anno M. CCC. XXXII. obſides quidam ſerrati, quum viribus ſe præualecererent, occiſo Praefecto, ipſam arcam ſuę potestatis fecerunt. At ciues tantam iniuriam minime ferentes, recepto caſtello, obſides illos ad vnum omnes interfecerunt.

CORCAHIA.



Neadem prouincia, ſed longè diuersa parte, minimū inter ortum & meridiem aliud opidum viſitum, Corcagia Latinis, Corke Anglis, & Corcah indigenis dicitur; altriciore quidem murorum ambitu inclutum, & vna quafi directa platea protenſum, ciuibus tamen frequens, & opulentum. Seditiosus vero vicinis ita vndique cingitur, ut ciues perpetuas quafi excubias interdiu noſtūque agere cogantur, ne ciuias in agrum elocare audiant, vnde fit, ut contraria inter le mptijs, omnes aliqui affinitatis gradu le contingent; actantio facilius, immo arcti ſlimè pacem & amicitiam inter le feruent, & communii tutela ac ſaluti intenti ſunt. Hoc in oppido religiosus ille & sanctissimus vir Briocus, à que Sanbriochiana in Britannia Aremorica Diocesis (vulgo Saint Brieu) nomen ſumpſit, natus, & educatus feretur. Districtus ipſe, vni & Limmericum, Comitatus dignitate confeſſetur; qui quum Deffmoniam quoque contereret, olim quoque Regni prærogatiua fuit inſignis. Ita enim ab Henrico Secundo Rege in donationis diplomate, Roberto Stephani filio, & Miloni de Cogan factore, nominatur hiis verbis: Scias me confeſſiſſe totum, regnum de Corke (excepta ciuitate & Oſtmannorum Cantredo) tenendum, ipſis & heredibus, de me & Ioanne filio meo, per ſeruitum exigua militum.

GALVVAIA.



HIBERNIA insula omnis in quatuor prouincias diuiditur; Momoniæ ſcilicet, vulgo Munſter; Lageniam, vulgo, Leyſter; Connaciam, ſeu Connaghy, & Ultoniam, ſive Ulſter. Primarium Connacie oppidum Galvvaia eſt, Galline. Hibernis diuſtum; quod nec ſitus opportunitate, nec ædificiorum ſtructura, nec opum, pregentis captu, a abundantia duobus am deſcriptis quidquam confeſſit. Situm enim eſt non procul ab Aufopa fluminis ostio, ideoque mercibus tam ex portandis quam importandis, ac per vniuersam regionem distribuendis peropportunum. Muro pinnato ac turribus diuſtis vndique includit: qua vero parte Aufoba flumen præter labitur, eximij operis iungitur ponte. Non procul inde occiduo litori, frequentibus aſtuariolis ſinibusque exiguis veluti laciniato, insula quædam præten-duntur, Arran vulgo dicitur; de quibus etiam inter ipſos Hibernos ſuperstitioſa fabula circumſertur, quia illa viuentium elſent, in quibus ſci, nemo vnuquam moreretur, vel morti eſſet obnoxius: eoque ſenio feſſos, ac vita captos tædio eſſeri inde aiunt. Sed hoc quæque forte ſuperstitioſum fuerit, atque illud, quod in quibulam regionis huius locis incole, infantium ſuorum, qui mares ſunt, dextera brachia, ybi S. B. initiantur, aqua tingi non permitunt, ut tanto grauiorem plagam magis que letziferum iustum infe-rant.



A S. John's Arrete and Gate
B The thys Bridge
C The Main Streete of the City
D New gate
E Our Ladie's Church

F The Key
G The Kinges Calle
H Thonendl bridge
I S. Frances' Abby
K S. Peters'

L S. Deminicks Abby
M S. Minchus church
O S. Michaels church

1 Christ Church
2 St. Pale's Church
3 St. Finbarr's Church
4 Akey sfer lke
5 S. D. water Church

6 The Spire
7 Holly Stake
8 S. Finbarr's Church
9 Shandon
10 The new Firt
11 The Bishop's huse

12 The Bells
13 The Berte
14 The Hibernia Fort.
15 The walk about
16 The way to Kinagle

17 Shandon Cable
18 The Hill commanding the Town

rant. Quam superstitionem vnde gens vindictæ audifissima hauserit, facile est intelligere. Sed enim superest, ut de Hibernorum tam antiquis quam recentibus habitu ac moribus aliquid dicamus.

De Hibernorum habitu ac moribus.

Hiberni olim Pomponio Mela teste (hæc enim eius verba) inconditi fuerunt, & omnium virtutum ignari, pittatis admodum expertes. Strabo Hibernos longè magis quam Britannos sylvestres, & quorumcunque ciborum, etiam humanæ carnis, appetentissimos manducantes vocat, quinetiam defunctas parentes comeße, in eximia honestatis parte ponere. Nec minus, alieni in propagulo vxoribus commisceri, matribus eriam & fororibus. Solinus, fas & nefas eodem animo ducere, ait. Victores sanguine interemptorum prius hausto, vultus suos oblinire. Pueroram si quando marem edidit, primum cibos gladio imponere mariti, inque os partuli summo mucrone auspicio alimentorum leniter inferre, & gentilibus votis optare, ne aliter quam in bello & inter arma mortem opperat. Sed hæc prioris seculi fuerint mores, barbari illi quidem & ab omni humanitate remotissimi: quibus quantum posteri discesserint, ex sequentibus Gerald Cambriensis verbis apparet: Hibernia, inquit, gens corpore valida & robusta, audax natura, ingenio acri & bellico, agilis, animo fortis & elato, vita prodiga, gloria auida, hospitibus perbenigna, amore consfans, credulitate leuis, contumelia & iniuria impatiens, Yeneri nimium indulgens, & ministris implacabilis. Verum vtcumque hæc se habeant: illud certum est non magis ab alijs nationibus Hibernos, quam inter seipso distinere. Hodie que enim Hibernici populi in Ciuiiles & Sylvestres, tam veltiu quæ moribus plutimum inter se discrepantes, diuiduntur. Ciuiiles sunt, qui legum potestatem sanctam habent, & iudicij se sicut; & in moribus cultum & virbanitatem aliquam præ se ferunt: quam ex Anglorum, non imperium modo ibi exercitum, verum eriam negotiandi causa eò comeantum, confuetudine seu conueratione hauserunt; quorum etiam linguam paſſim imitantur. Qui sylvestres dicuntur, tam vestitu quam moribus incolunt & agrestes: ingenio asperia & ferina, mira naturæ diueritate & inertiam amant, & quietem oderunt, vtpote nouis rebus assidue studentes. Ocio ita sunt dediti, vt nihil ad honestatem præclarius, nihil ad voluptatem vberius, nihil ad libertatem certius existimat, quam ab omni abstinenz labore; atque interim vel ostiatum mendicando vicitur quætere. Latrocinia nullam apud eos habent infamiam, qua paſſim summa cum immanitate exercent. Prædatum eunt, preces ad Deum fundunt, vt præda offeratur; oblatam, diuino munere acceptam referunt, neque vim, neque rapinam, neque homicidium Deo displicere peritussum habent. In eo maiorum se vestigis insistere dicunt; neque suam nobilitatem melius testamat facere posse, quam ab agrestibus abstinent laboribus, & interim latrocinando. Ad Venerem plerique omnes effusiores sunt: matrimonia leuisissima ob caussas discidunt. Superstitionibus vero præ ceteris omnibus gentibus, quibus quidem Christianæ fidei lumen illuxit, sunt dediti. Lunam quum primum ab interlunio vident sylvestres illi Hibernici, genuflexo Oratione Dominicana recitante, eaque finita, Lunam sic alta voce alloquuntur: Tam sanos nos relinque, quam inuenisti. Calendis Maii que in vicina petit mulier, pro malefica certè habent. Iisdem ramum arboris virentem ad ædes statutum, lactis abundantiam pecori conciliare creditur. Die Sabbati equi pedes tergere, aut corpus strigili mundare, aut gramen in eius pastum colligere, ne fas putant: quum hæc alijs celeberrimus festiuitatibus sicut. Equinibus oua comedere interditum. Equitibus post oua (quorum numerus par esse debet) cometeta, lex est manus lauare. In moribus alijs que negotijs, incantationibus & magicis carminibus vtuntur, aduocatis quæ artem hanc, scilicet, profitentur, adeo que sepe certius de morbis iudicant, quam medici, mulieribus. Ad vestitum quod attinet, viri olim lineis vtebantur in dusijs, & illis quidem laxis admodum, crocoque infæcis, cum magnis largioribus, & ad genua vñque fluentibus; tunics vero artioribus & breuiusculis, limbis fimbrijsque in crebræ plcas collectis; femoralibus denique artislimis, breui pugione ad perpendicularium propendente. Mulieres comam sollicitè & ambitiosè complicatæ & conroram gestant, capita vero tenuissimæ spiris circumvolvunt: colla monilibus & catenulis, bachia armillis onerant portus quam ornant, longis etiam & ad talos vñque demissis vestibus villotis seu heteromallas (vti Isidorus vocat) lacenas, versicolori ac variegato, seu altius iubato veluti limbo, superinducunt. Erhic quidem & vetus & hodierne quoque sylvestrium Hibernicorum est habitus; qui vero cum Anglis aut alijs nationibus exercent commercia, paulatim & mitiori cultui & moribus affuecunt. Statura plerique sunt mediocri, & ob mufulorum teneritudinem, mira omnium membrorum agilitate. In bellis strenui ac ferocios, victoriam vero summa cum immanitate exercentes. Qui vero religioni se consecrant, incredibili quadam cum auferritare ad miraculum vñque se continent, vigilando, orando, & ieunijs le macerando, vt neutiquam mira sint quæ de superiorum sæculorum monachis, & religiosa eorum vita scribuntur. Ninjus auctor est, S. Patricium (cuius Purgatorium tota insula celebre est) primum fuisse Hibernie Apostolum, ac tanto successu ce-
lesti Christianæ religionis semen à sanctissimis viris spartum, vt insula ipsa Sandorum patris diceretur. Hodie etiam plerique autem Catholicæ religionis sunt tenaci-
simi; tanto que ægris Anglorum, qui ab ea defec-
runt, imperium ferunt.

(?)

MONASTERIUM S. LAURENTII IN ESCORIALI.

EPTE Mundi miraculis merito accenseri potest sumptuosum illud & artificiosum opus Philippi II. Regis Hispan. regium feliciter monasterium Divi Laurentii in Escoriali, quod a Monachis ordinis S. Hieronymi quinque milibus Madridi dissipatum, habitur, id quod ex sequenti descriptione manefun sicut, quam in partes quinque distribuemus. Ab anteriori itaque parte incipientes conspicitis ante hanc fabricam hypethrum, seu subdiale deambulationem, qua ob occidentalem monasterii parte incipient, rotum septentrionale latus ambitata inter septa & mo nafterium in occidente pedes 200, in septentrione 140, paucimenter labens ex paruis lapidibus hic quadratis ihsic rotundis. Primarium huius monasterii fastigium & frontispicium est in occidente, in quo tres portae sunt: quarum media principalis, per quam in templum monasterium & Collegium est aditus. Per eam quae a dextris est in officinas artium mechanicarum, ad usum monasterij facta itur, quae a finibus est, ad cubicula schola & studiose iumentutis perducit. In quartuor angulis huius machinae quartuor turres affabre factae conspicuntur: in medio autem inter interiore introitum, & templi osia pars hypethri videatur, quod intereat: & duae turres qua tempili stereobata in altum asurgunt. Cernuntur & gradus tam lati, quam ipsum Pythagorae patet, quibus in templum ascenditur. Supra templi introitum suis syloboatis stante imagines sex Regum Irael, ex albo marmore, & nigro lapide faro excisa, habentes singulae, pedes in altitudine. In omnibus rebus videtur fumaria, spiramenta & fenestræ, rotundi canales, & templi laterne, interior omnia ex lapidi nigro confecta. Similiter & magna porticus monasterij Ionico & Dorico opere ex nigro lapide Thracio fructu, rectum primariae cochlea, peristylium in monasterio, tectum seu turriculae propylei, quod ante refectorium est, ab auro templum respicitur. In aquiloni area est, qua in palatium Regis, quatuor porticus Collegij & Gymnasium itur quae omnia in hac aquiloni area dividata sunt, & turris vestibuli ante coenaculum Collegij. Conspicitur hic & pars quedam officinarum & alia quedam, tam ad hoc adficiunt, quam ad monasterium spectantia. In auro quoque visitantur horti, pomarium, ambulacrum nosocomij, & adiculae ad distillationes destinate, cum Pharmacopolio, & porrifico, qua e monasterio ad coenaculum hospitium transfluit. Hæ sunt partes que in praesenti typo delineatae conspicuntur. Veniamus nunc ad interiora huius fabricæ ornamenta. Initio cum scala qua ad primarium templi introitum ascendiunt, offert se xylopus qui ducit ad late patens subdiale, monasterium à Collegio determinans. In hoc xylo latius gradibus ad templi introitum ascendiunt, argue inde ad aliam planiciem peruenient, que ducit ad angopitum, qui est ante templum, unde ab una parte qui in monasterio, ab alia qui in Collegio sunt in templo, atque adeo in inferiorum chorii stationem itur. Locus chorii huius quadratus est, tria habens in quadratura perfidia, quæ & pro nauis (vt vocant) templi habentur. Secundum hunc inferioris chorii locum ab utraque parte area est subdialis, ex qua inferior chorus & duo facella, quæ ad has areas fita sunt, lumen sumum frumentum. In hoc choro duo magnifica stan altera. Huic choro, qui concameratus est, integrum templum cum choro suo imminet, quod templum prater facellum, superior em, anterioremque chorii stationem, quadratum est, rotundum, quatuor nites columnis, alijsque fulcris necessarijs, tria etiam habens collateralia peristyli, admodum corum, qui in nau, seu alio Ecclesiæ sunt. In hoc templo duo sonant Organa, quorum vtrumque 32. registris (vt vocant) diuersis pulsari. Habet & templum hoc 36. altaria, portamque magnificam per quam itur ad cyporioticum magnum, tempore quo summe supplications. Templum hoc 30. pedibus altius est inferiori choro, tandem pedibus chorus summus ipsius quoque templum supereminet. Paucimenter templi huius ex albo marmore & nigro lapide vermiculatum est, vt & paucimenter anterioris & posterioris chorii sunt, in quo summae rituale & diuinæ officia de cantando scripsi & impresi, cum alijs, ad sacra mysteria pertinentibus conspicuntur.

In huius chori testudine Sol, Luna, stelle, & omnisque malitia celestis artificiosissime picta exhibetur, ut in parietibus variis in virtutibus effigies, vitam ipsam pene exprimenterent. Quodam etiam historie sancti Laurentij, cui templum hoc dicatum est, in memoriam indiciterent illius victoriae, quam die Sancto Laurentio sacro de Gallis Philippus reportauit, & sancti Hieronymi, cuius regulam monachi huius coenobij proficiebantur. Subcellia ex pretiosissimo ligno, opere Corinthiaco facta sunt.

In australi templo latere ianua est vestibuli, quod ante adiutum lucem in, quod consecratus est. I. fons = vario genere Ialpidis & mammoris & dicaustris, Septem auro dubitibus seu scarabeiis fluit. In hoc fonte monachii celebrantur manus la- vanti Pavimentum nigro & candido marmore variegatum est.

Adyutum locus est augustinus, iucundus, retudineatus, cuius fornices valas, arcus, more pauminatus, causa quibus altarium ornamenta & sacra vestes includentur, vario ligno, ebeno scilicet, cedrino buxeo, terebinthino, &c. confecta sunt, parietes maxima industria, ingenio que à diuersis ijsque celeberrimus pictoribus delineatis, optimo que ordine innatis historis vestiuntur.

Ex hoc adiuto per gradus ascenditur ad lumen altare, in quo quatuor gradus de quadrata forma pavimentatus est. In eodem loco quadam etiam oratoria constructa sunt, in quibus Principes facrum militum officiales audiunt. Haec oratoria in quatuor facella, eadem laeside vermiculata, & ornata (vt & pavimenta ex simili laeside constat) distinguuntur. Locus hic decem pedibus altior est templi pavimento, atque ex illo in templum gradibus, qui aure magnum faculum sunt, descenditur, qui gradus pulcherrimo laeside confratiuntur.

... in facillum seu sacrarium, quod in plaga est septentrionali, in quo multa & variae sanctorum custodiuntur reliquias, & in aliis locis sepulchri & monumentis.

Iur & per hunc locum in facillum, seu sacrarium, quod in plaga ex leprosa iuxta Ecclesiam sit, quia, optimo ordine suis arcis inclusa. Simile sacrarium ab austro est, similibus plenum reliquiis & monumentis. Ab uno summi altaris lateri aediculari est, in qua sacra Synaxis distribuitur, duas habent values. Locus profecto magne pietatis ac deuotio-
nis. In pariebus huius aediculae quatuor historie ex vetere testamento, Eucharistia sacramentum adumbrates, mira industria depicta sunt.
In restudine arcus caelestis inter nubes varijs Cherubim & Seraphinis asperfus conspicitur. Inter hanc aediculam & summum altare sacrarium
est, in quo Sacrofanulum Eucharistia sacramentum conferatur, rotundum, octo columnis est Iaspide rauidi coloris, venis sive fluij candidis
vermiculata subfructum Euchariae hinc tam dura est & nobilis, ut sine Adamante politi neutiquam poruerit. Epitylia & bafes è metallo facta sunt
deaurato, sicut & coronices atque encarpa. Alia omnia que in hac fabrica concurrunt è generola Iaspide variorum colorum elaborata, & de-
aurato metallo imposita vel immissa sunt. In basi que tenus imminet, octo Apostolorum statua conspicuntur, ceterorum quatuor alijs locis
flant excavatis. Duodecim ita statuae admirando artificio sculptæ, & per ignem inauratae sunt. Pavimentum huius sacrarii stratum est vario
genera Iapidis, deaurato metallo, opere misufo distinctum. Values huius sacrarii sunt ex generoflo crystallo, quem montanum vocant, que
compagibus è metallo confatis & deauratis includuntur, adeoque bellucida sunt, ut per eas hierotheca interior, in qua Eucharistia reposita
est, manifeste videatur. Hoc opus a spectatoribus omnium operum, que hoc seculo in orbe terrarum ostentantur, celebrerrimum, artificiosissimum
esse censetur. Huius operis architectus celebris ille M. Iacobus de Trezzo, totum septenarium in sculpenda poliendaque Iaspide, que
in hoc opere cernitur insumpit.

Summum quoque altare opus est non minus illo pretiosum, nobile & artificiosum, ex Iaspide & marmore conditum. In hoc altari Ias-
bellum ponitur, & in eis crucis, candelabrum aliquae altarium ornamenta. Altare hoc diuersis, ijsque artificiosis picturis, quatuor stegis, quarum
aliaj eminentes sunt, exornatur. In inferiore stega inter duas pictas tabulas locis est, ybi conditur hierotheca eucharistica, ab utroque
laterè dura sunt statua qua quatuor Doctores Ecclesie, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius & Gregorius referunt. Stega hac ex pura &
generosa confita Iaspide, ornata encarpis è diuersi coloris Iaspide. Hic stega tanquam basi niterunt omnes picturae & columnae, qua ex viri-
di & raua Iaspide confecte sunt. Bafes autem & moduli è metallo deaurato. Volute, cori, & zophori è nobili, veriscoloribus Iaspide, vi & pilæ
affabre facta sunt. Quid multorum opus è pura & nobili diuerorum colorum Iaspide, quæ fusio & deaurato compositum est, lucta-
secula stegae picturas due stant statue ab utroque laterè, qua quatuor Euangeliæ rapescant. Eodem modo & secundum tabulas stegae
tertia collocauntur duas statuas, yna S. Iacobi, Hilpaniæ Apostoli; altera S. Andreæ. Diuinae tunc domus Burgundicæ. In summa stega S. Petri &
Pauli imagines spectantur.



AD PHILIPPUM II. HISPANIA
RVM ETC REGEM CATHOLICVM

Machado abuoy armis
Cetra pectoris nata palata Regum
Ne profligat Latium, neq; ad alia caeca
Pyramides et apud latum, nata et Aeneas
Est Greci reges India Roma portant;
Præca rido, hæc rati Marca Mundus;
Non faciat utræ ad sensu præmio

Vias omni Hispano Rex Maxima sibi Philippus
Machado exponit, non, amato spes;
Non profligat Latium, neq; ad alia caeca
Pyramides et apud latum, nata et Aeneas
Est Greci reges India Roma portant;
Præca rido, hæc rati Marca Mundus;
Non faciat utræ ad sensu præmio



Sancti operis dudson eternæ molior honores;
Quæ manus mīa be Macao erit habet;
E Colleum rupes Augerum et Cœli modi
Lætare, quæ rupes rupes rupes rupes;
Cui erit numeri præfata Hispaniæ;
O felix Ordine, è ronda sacra;
Non e' hic ultro nisi Magna Spes et Tenuit;
Videt Oculi, videt Oculi, videt Oculi;
Elegit Macao, et Magni seruit Regis;
Protagma mechatias et hæc fundit opes;

Rex et summi ultro Principi ad agri
Rupes rupes rupes rupes rupes;
Qui rupes, quæ rupes rupes rupes rupes;
Augerum rupes rupes rupes rupes;
Qui rupes, quæ rupes rupes rupes rupes;
O felix Ordine, è ronda sacra;
Tenuit, videt Oculi, videt Oculi, videt Oculi;
Magis amar, porrora tanta poteris creder;
O felix Ordine, è ronda sacra;
Elegit Macao, et Magni seruit Regis;
Protagma mechatias et hæc fundit opes;

Eius autem o felix Hispaniæ rupes rupes;
Quæ rupes rupes rupes rupes rupes;

Arca interior, in qua venerabilis Eucharistia custoditur, artificiosissime, magnaque industria condita est, quatuor habens columnas è pura Iaspide, quarum bases & capitula è purissimo auro sunt vermiculata: quales sunt & zoophorum, volute, & encarpa, ipsam arcam ambientia: In his multi lucent smaragdi. Stylobate harum columnarum è simili Iaspide sculptæ, & auro varijs locis distincte sunt. Tres pilæ quadratae, quæ stylobatis substernuntur, argenteæ sunt inauratae. Fundamentum vero cui hæc arca substructa est, è nobili Iaspide & meta: Illo inaurato conflatum; bacis, & stereobata caporum seu pyramidum ex eadem Iaspide, qui columnæ, constant auro vermiculato strata. Pyramides è generofissima Iaspide impluviata. Sphærae seu globi in apicibus positæ aurei sunt, vermiculati. Valuularum crepidines argenteæ sunt & inauratae. Globulus qui in fastigio operis micat preciosissimus Smaragdus est, flosculo deaurato incumbens. Valuula ipse Crystallina sunt, ex eo generis, quod de Roche, seu montanum vocant. Latus quo templum spectat, sene fram habet quadratum & magnam, ex eodem crystallo alia duo latera varia Iaspide, purissimo, ornata. Simili materia & arte ipsa arca interior exornata est. In medio tectitudinis huius operis magni pretij topazius habet. In meditullo arca huius Sacrafætæ Eucharistia in vase ex achatæ facta custoditur. His paucis descriptio præcipuum & excellentiorum operum templi monasterij in Ecuriali comprehenditur.

Sequitur descriptio ipsius monasterij. In xylo qui ante introitum templi est, occurrit janua magni vestibuli huius monasterij. Per hoc vestibulum itur ad turrim in qua campane pendent, & horologium naturale & planetarias horas præter campanam ipsam demonstrat. Turris hæc quasi in ipsa stete obata templi versus coenobium aspergit, vix & opposita parte turris est, in qua præludium horologij, seu campanulæ quibus pulsatis luditur, sonant.

Propylæum monasterij dicit ad locum colloquij (Parloir) vbi conueniunt, qui aliquid habent quod cum monachis conferre voluerint: iuxta locum hunc scala est præcipua & augusta, multis & lati gradibus insigni resplendens, rectoq; magnifico. His gradibus dicit facillum, in quo diuina ministeria peragebantur, quādū templum adificabatur, & aliud conlaue, in quo archivum fundationes, dotations, instrumenta & diplomata monasterij afferuante.

Per idem propylæum, seu vestibulum, transfit ad aream monasterij: inde ad cryptoporticum, aliumque locum, in quo cisterna est, aquaque pluviae colliguntur. Inter hæc duo loca arca ereta stat, admirabiliter opere confecta, in qua multa, eaque maxime necessaria custodiuntur.

Ex hoc vestibulo etiam transitus est ad vestibulum reectorij, cui iunctum est conlaue, in quo vestimenta reponuntur: quod conlaue, & vestibulum magno ingenio & arte concamerata sunt. Vestibulum hoc oculo habens fenestræ, per quas omnes porticus adiacentes lumen a hauriente in medi vestibuli fons est, cuius aquæ ductus è Iaspide sunt elaborati.

Reectorium, seu triclinium monachorum, magnificum opus est. Cubiculo vestiariorum adiacet transitus ad coenaculum hospitum huic culina monasterij & huius vestibulum, in quo multæ sunt commoditates, fontesque calidarium, frigidariumque aquarum. Reectorio iunctum est cauedium nō comij, in quo duo sunt magna aquaria, seu cisterne, nō comij autem ipsum huic cauedio iungitur, cuius coenaculum usque ad vestibulum culina protenditur. Præter dicta loca ad murum porticus nō comij tria sunt adificia, in quibus ea conservantur & aguntur, quæ ad aquas distillandas pertinent. Xystus quoque est conuentu ad hospitium ducens, in quo etiam ambulacrum est, in vsum eorum, qui è morbis convalescunt.

Sed & è vestibulo magno monasterij aditus est ad cryptoporticum, in qua supplicationes publicæ peraguntur. Historia hic 46. è nouo testamento, ab annunciatione B. Virginis, usque aduentum Christi ad extremum iudicium spectantur. In huius cryptoporticus quadrata mediullio hortus est amoenissimus, in variis pulvinis artificiose distinctus: in medio fabrica angulorum octo, formam templi referens, è lapide viuo nigro constructa: interiores autem parietes iaspide versicolori vestiuntur. In quatuor angulis telamones, seu atlantes sunt, aquam euuentes, quan quatuor marmoreæ cisterne, ad quas gradibus ascendunt, excipiunt. In medio autem huius fabricæ semita est horti iufiis primaria.

Ex eadem cryptoportico itur ad exedram, seu domum capitularem, aliudque conlaue huic per ornatam simile. Duo hæc loca vñ cum vestibulo tefudines habent varijs, iisque pretiosissimis picturis ornatas, pauimenta quoque ex atro & candido marmore concinnata, subfelia monachorum in circuitu sunt, & tenuique locus magnificum habet altare.

Intrauit ad monachorum celas tam superiores, quam inferiores est in magna porticu, in ea scalis cochlidibus ad celas superiores Prioris, & alia tabulata ad teftum usque alia culina porticus magna plana, plumbaque strata ascendet. Inferius habitaculum Prioris opus est inclinatum, totum tefudineatum, varijs facijs scripituræ historias exhibens, quæ diuersi, iisque artificiosi coronis & encarpis includuntur. Pavimentum nigro, alboque marmore distinctum est. Superior Prioris cella ad eaurum adificata est, à cuius vtroque latere aliorum monachorum celas sunt adificatae. Cubiculum in quo nouitij dormiunt, monachorum cellis adhaeret. Monachorum verò lectuli supra vestiarium & reectoriorum longo ordine iunguntur.

Bibliotheca in superiori parte præcipui introitus monasterij est, in longitudine 185. pedes, in latitudine habens triginta duos. Tota concremerata est, in cuius forniciis diuersarum artium imagines, aliisque historias conspiciuntur. Cui loco aliud imminet tablinum, vñi bibliothecæ definitum. Atque hæc in monasterio.

COLLEGIVM nunc, Regisque PALATIVM describamus, hæc duo septentrionale templi partem occupant. Vestibulum, seu introitus eorum est in pergula, que templo præiaceat, è regione magni propylæi, coenobij. Huic vestibulo iunctum est aliud, per quod adolescentes, qui litteris dñe operam, in ediculam transeunt, mane ad audiendum primum Sacrum, & vespera ad laudes Deo decantandas. Locus hic tribus genis lathris clauditur.

Ad aream magnam, collegium à monasterio dijacentem, scholarum atria sunt, in quibus tres facultates ius, medicina & theologia traduntur: artes etiam docentur. Ad has scholas per publicum ambulacrum & porticum hi, qui in collegio sunt, perueniunt. Habet locus hic suas peculiares quoque areas & pergulas, quarum vni adiacet reectorium collegij, cum suo vestibulo, iuxta vestibulum est culina collegij inter aream ipsi propriam, areamque schola triuialis, cui & ipsa schola puerorum præiaceat, eusque reectorium.

In septentrionali plaga per angustum portam & propylæum aditutem ad palatium Regis. In vestibulo tria sunt habitacula, cum suis areis, in vsum partim coram, qui annoe & cibarijs præfunt & disficiant, partim in vsum culina. Habitacula hæc coniuncta sunt in variarum mensuram ministraria. Per idem vestibulum itur ad andronitidem, vbi nobiles cubiculi regij, præfectus prætorij augutalis, aliqui generosi & nobilis præstant, coenantque. Hac etiam transitus est ad pergulas & loca adificiorum eorum, qui commeatus & alimoniarum curam habent, aliorumque opificum. Pergula ista in quadro sua continent habitacula, tam inferiora quam superiore.

In eodem laterè alia porta est, qua à palacio Regis ad sacrarium seu chorum, in feriorem, ad templum, collegium & monasterium committitur. Secus portam hanc xylos est vbi proceres & excubie regia conueniunt, Orientem versus hospitia Legatorum, ad magnam porticum & aream extenduntur: & ad palatium Regis procurunt. Ad eandem aream habitacula stant in vsum aula regia. Per pergulam hinc porta magnifica perueniunt ad ipsam Regis habitationem, post facillum construtam: quo loco area est subdivisa, cum sua porticu. Ad austrum iuxta altare summum alia porta est, per quam Rex monasterium, omniaque loca inferiora ad illud spectantia ingreditur: in collegium quoque, & omnia patlati regij adificia. Porticus regia septentrionale templi latius respicit. Hic in pariete templi depictum est prælrium ad Higuervelam, in quo Rex Joannes secundus Mauros, seu Saracenos Granatenenses devicit, quæ pictura rem gestam plus quam ad viuum exprimit: ostenditque quo ordinatio acierumque tam equitum, quam pedum, lanceariorum, scutiferorum, sagittariorumque, quorum eo tempore vius era, constitutio. Pictura hæc ex prototypo in linea panno, centum triginta pedi longitudinali delineato, & in antiqua turri Segouensi in vento ipsoque prælii tempore facta efformata est. Quare histioriam Maiestas regia in isto pariete ad perpetuam istius victoriae calitus Hispaniarum Regi concessisse memoriam depingi mandauit. Opus hoc spectat dignissimum est.

Postremo loco hortus amoenissimus ad orientem & meridiem visitur, latitudinem habens pedum centum, varijs puluinis & areolis distinctis, in quo omnia florum & herbarum crescunt genera: varijsque fontes amoenissime scaturiunt. Hortus hic multo eminentior est pomario, quod adiacet, altoque muro à pomario disiungitur, & multus gradibus ex horto isto ascendit ad pomarium, diversis arboribus constitutum.

C O R D V B A:

NOBISSIMA hæc & amoenissima Hispanæ ciuitas sita est in ipso fermè prouincia Bætica meditullio. Qui hanc regionem inhabitarunt olim populi, Turdulos à Ptolemæo, Plinio & Strabone appellatos volunt. Ab ortu fines eius ad Baſtulos seu Baſteranos usque proteunduntur. Ad occasum Turdetanos contingens, Hispalensi territorio terminatur. Ad austrum latissimi campi in spacioſam planitatem ſe diſfundunt, ad ipsum uisque mare Mediterraneum & Gaditanum fretum expansi: qua verò parte Septemtriones Corduba ſpectat, poſita eft ad ipsas Marianorum montium radices, quos Hispani nunc priſco corrupto nomine, Sierra Morena, id eft, Morenos montes vocant. Ea verò montium pars, quæ Cordubæ imminet, aut saltus Caſtulonensis eft portio, aut cum eo ad ortum coniungitur. In his montibus, auctore Plinio, Bætura regio, à Batu flumine nomen accipiens, ad Anam uisque fluuium extenditur, in duas partes diuifa. Batu fluuij, qui Cordubam alluit, Cirtius olim, & Tarteſſus etiam ut apud Plinium, Liuium & Strabonem eft, dictus, tanta ſemper fuit celebritas, vt toti prouinciae nomen dederit. Tanta idem eft magnitudine, ut ingentia flumina aborbens Gaudalquivir, id eft, magnum flumen (quod ei nomen hodieque apud vulgus manet) à Mauris vocatus fit. Idem ab Ortu ad Occafum Australe Cordubæ latus præteruectus, ita montes à patentibus diſterminat campis, vt natura ipsa diuersiſſima ſoli diſcrimina ſeiungere, & eo tamquam limite ſeparare voluisse videatur. Quo ad aspectum nihil potest fieri pulchrius, nihil amoenius. Hinc enim montana, quæ ad ipſa pene suburbia procurrunt, duris prærupta rupibus, celsis collibus edita, hortis, vineis, oleis, & omnium generum arboribus latifimè virent, & incredibilem ſuauifſimorum fructuum ſuppedant copiam: inde trans flumen campeſtris regio per immenſam planitatem leniter ſtrata, ſergetibus flauefcit, & copioſis meſſibus agricolarum vota ſuperat. Huius enim terra quæ ſit feracitas, inclyta Cordubensis ciuitatis horrea totâ Hispaniâ celebertima ſatis oſtendunt. Soli verò montibus accliuiſ ſquaſtia amoenitas, pari cum fertilitate coniuncta, vix quiſquam dignè poſſit explicare. Ipsi præcīſa rupes, ſcopuli ipsi, ubi planum quippiam non ſoli (neque enim ſolum eft illud, ſed lapidum ſtrues) verū quidquid id eft plani; iſi luctuſtres arboreſ, Loron ſuauiſſimam & ſiliquaſ ſpontē naſcentes; ſaliua vero, oleam, vitam, ſieum, Ceraſum, mala Punica & Persica, pruna, & quod magis mirandum, Citrea mala omnis generis prodiſt. Debetur hoc magna ex parte fontium beneficio, copioſam, purissimam, ſuaueam, & portu ſalubrem etiam aquam profundiſbus, quibus omnia paſſim irrigantur. Hinc valles circa urbem ob inſignem pulchritudinem & amoenitatem, ab paradifiacis, ab regijs hortis, ab roſarum multitudine, aut ab florū aſpectu nomen inuenere. Vini & Olei tanta eft copia atque adeo exuberantia, fructuumque omnis generis tanta uertas, vt aduenis & peregrinis ſep̄e stuſori ſint malorum citiorum cumuli, qui vicatim non ſolum vili prelio vanales habentur, ſed aliquando etiam, nouorum fructuum ſuperuentu, per agros & ſterquilinia abiſciuntur, quinetiam non modico impendio ex arboribus mala nondum matura decutuntur, ne ſuperentates flores impediāt: quorum tanta eft verno tempore fragrantia, vt maior eſſe non poſſit: & qui non modō anhelos ſenes recreant, ſed ſuauiſſimo etiam odore urbem totam vicinoſque agros ita perfundunt, vt ad eam ſuaueolentiam captandam noctu homines peruigiles diſcurrant. Ferunt Miocam Arabum Ducem, qui Hispaniam totam & ſubegerat & perlustrauerat, quum Cordubam egressus, in Africam traiecturus, deducentibus eum Hispanæ proceribus, iter occiperet, & in collem, vnde totius urbis patebat prospectus, veniſſet, mula, cui inſidebat, retro conuerſa, facitum aliquantulum conſtitife, deinde urbem contem platum, in hac verba erupiſſe: *O Corduba quām præclaræ eſt! qua & quanta ſunt tua delicia! quanis bonis te Deus præceceris cumulauit!* Hæc effatus, mœrens, iter persequutus eft. Nec ſoli modō ſuperficies, verū etiam ipſa terra viſcera Cordubam beant, Meralla Cordubensis apud auctores certè ſunt celebratiſſima, *Auriferamque Cordubam Poeta vocant. AEſ Marianum, hoc eft, quod prope urbem hanc in montibus Sierra Morena hodie dictis effoditur, maximè Plinius laudat.* Argentiui & Stibij ditifſimæ fodinæ hodie paſſim circa hanc urbem conficiuntur.



FANVM S. GERMANI.


vulgò en Laye, arx Galliæ regia.

VIX quidquam non in Gallijs modò, sed tota ferè Europa ipse sol secessu hoc vtroque videt amœnus. Prior quidem verè arx regia, Sangermanum en Laye vulgò dicta, sita est non procul à Sequanæ ripa, viridantibus & vrbrosis arboribus vestita. Substructiones hic visuntur admirandi operis; areæ amplissimæ, palatia magnifica ac verè regia; horti topiatio opere admirabiles; viridaria, pineta, arboribus in quincuncem dispositis, amœnissima. Quid ego de fontibus dicam & aquis salientibus? Quid de statuis artificiosissimis varijsque automatis? Inter quæ mensa est marmorea, aquam limpidissimam vndique profundens, quam phialarum ac poculorum varia genera excipiunt. Nec minus admirabilis est Nymphæ cuiusdam Musicum organum suavi concentu pulsantis statua. Quin etiam fictas videre est luscinias, verarum vocem hydraulico artificio quām proximè imitantes. Cetera vix cuiusquam penicillo pro dignitate describi possint. Arcis huius prima fundamenta iecit Carolus V. Galliæ rex. Sub Carolo deinde VI. in Anglorum, vt etiam magna Galliæ pars, fuit potestate: donec eam Carolus VII. à Præfecto quodam Anglo magna pecunia redemit. Hodie quoque Galliæ regum secessus est optatissimus, & ad reficiendas tam animi, quām corporis vires peropportunitus, omnibusque rebus abundantissimè instructus: in quo hodiernus Galliæ rex Ludouicus XIII. magnam pueritiae suæ partem transegit.

FONS BELLAQVEVS.


ARΧ hæc, vulgò *Fontaine Belleau* dicta, nomen sortita est à limpidissimæ aquæ fonte. Sed & præter hunc omnibus locis hic mira est viuarum aquarum copia. Magnifica admodum vniuersæ arcis structura est, & palatum verè regale; vt non vñus, sed multi reges commodissimè hic excipi, ac pro dignitate tractari possint. Locū hunc Ludouicus Sanctus rex in delicijs habuit, Eremum suam seu Secessum appellans. Quum ruinā minaretur Arx, Franciscus I. Rex Galliæ, conquisitis per vniuersam Europam excellentissimis architecturæ magistris, non arcem modò restaurauit, sed ex ea quoque caput omnium in Gallijs arcium fecit, adeo vt similis ei vix vspiam reperiatur. Idem munificus litterarum ac litteratorum pater, insignem hic Bibliothecam instruxit. Loci amœnitas tanta est, quanta vix cogitari possit. Hortos habet omni rariorum fructuum, florum ac herbarum genere mirum in modum excultos, ac de ambulationi aptissimos. Auiarium ibi tanta amplitudine, tanta elegantia, vt spectantes in admirationem rapiat. Passim etiam antiquas Inscriptiones aliaque vetusta Romanorum monumenta vide-re est. Ad venationem syluæ vicinæ opportunæ sunt. Riuul, stagna & flumina vberem piscatum præbent. Aucupij quoque mira hic est facilitas, & copia. Aer liber ac salubris. Nullus denique locus in tota Gallia Principum recreationi ac de-liciis commodior est, mensibus præcipue astiuis. Huic frequentes vicinæ sunt arces & oppida, in quibus excipi commodissimè possunt ij, qui Curiam regiam sequuntur. Henricus certè IV. superior Rex locum hunc præ ceteris amauit, ibique multorum Regum ac Principum Legatos exceptit, eo præ-sertim tempore, quo & regem hunc & filias suas sa-cro Baptismo hic tingi, & Christo atque Ec-clesiæ inscri voluit.

PORTRAIT DES CHASTEAXX RO
DE SAINT GERMAIN EN LAYE



La Rivière de Seyne

PORTRAIT DE LA MAISON ROYALE DE FONTAINE BELLEAV.




NANCEIVM.



VI T A S hæc nobilissimi Lotharingiæ Ducatus caput est seu Metropolis, & firmissimum propugnaculum; antiqua illa quidem, cuius tamen & magnitudo & splendor ante annos non multos ea sumpsit incrementa, vt paucis hodie tam Galliæ quam Germaniæ, (in quorum propè confinio posita est) vrbibus concedat. Muniri in primis cœpit Anno M.D.L XXXVII, quo Galliæ intestinis bellis flagrante, Germaniæ quidam Principes validum exercitum alteri parti auxilio miserunt. Quum ergo metus esset ne loco tam opportuno intercepto, vniuersa inde regio vastaretur; Lotharingiæ Dux, qui domicilium & olim & nunc etiam hic habet, suburbium oppido prætentum mira celeritate, vallo, propugnaculis ad arcendum hostem commodissimis distincto, inclusit, sicque è duobus velut oppidis vrbem fecit per amplam: quæ tamen in duo etiamnum oppida diuiditur; quorum vnum inferius, alterū superius appellatur, ambo tamen ad propugnaculum Hoffsoniannū ponte coniunguntur. Propugnacula in vniuersum ambo habent maiora quindecim, excepto quod inter vtrumque oppidum est ad dictum pontem; è quibus nonnulla, ea præsertim quæ portam B. Virginis, ad læuam minoris oppidi, recipiunt, duplicata sunt, profundis omnia fossis tum ad exterior em earum crepidinem, via quadam latente ad insidias hostium excipiendas atque auertendas, cincta. Maius oppidum tribus patet portis, ad quarum medianam à dextra parte duæ sunt sacræ ædes, vna PP. Capuccinorum; altera portæ proximior, Societatis Iesu. Non longè à superiori porta insignis Ecclesia Primalis Anno M. DC. IX. ædificari cœpit, tanta operis præstantia, vt excellentissimis possit adnumerari. Ad inferiorem & illi quasi oppositam partem lacus est seu stagnum S. Theobaldi vulgo dictum. Regia siue Ducum domicilium magnificentissimum in minori visitur oppido: iuxta quod horti sunt amoenissimi; tum Hippodromus, in quo partim sub diali, partim tecto, equi ad cursum finguntur atque excentur: & iuxta hunc in vico nro speciosa area seu platea, in qua ludi equestres, decursiones, hastilia, cæteraque certamina ludicra eduntur. A reliquorum tam publicorum quam priuatorum ædificiorum, vt Armamentarij, Monetarij officiæ, Macelli, &c. commemoratione supersedeo: quæ omnia & magnis sumtibus constructa, & commodissimis locis sunt disposita. De foris, in quibus distinctè omnes res ad vitæ vsum pertinentes venales habentur; tum de fontibus, è siphonibus aquam ingiter effundentibus, quid dicam? quorum tanta est copia, vt ad vsum tam ciuium quam exterorum aliunde merces aduenientium, nihil possit esse commodius. Sed nihil hanc vrbem magis nobilitat, quam interneccina Caroli, cognomento Audaci Burgundiæ Ducis, ad eam accepta clades. Is enim quum non Imperatori modò & imperio, sed Heluetijs quoque & Renato Lotharingiæ Duci bellum fecisset, à Nouefij obfessione depulsus, cum ingenti exercitu, vt in quo centum armatorum millia fuisse perhibentur, per Burgundiam ipse profectus, multa Lotharingiæ oppida, & in his Nanceium quoque occupauit: quæ tamen Renatus Dux, Caroli exercitu ad Murtam ingenti clade profligato, non multo post, & Nanceium quidem VI. Octobris, Anno M. CCCC. LXXVI. recepit. Carolus p[er]st septimanas aliquot recollectis copijs, media iam hyeme Nanceium rursus obfedit, validis Gallorum, Helvetiorum & Germanorum præsidijs firmatum. Ex his quadringtoni circiter equites, singuli à tergo peditem habentes, noctu oppido egressi, & in Burgundorum castra illati, non paucis casis, & tormentis etiam aliquot secum abductis, sine vilo fere suorum damno in oppidum redierunt. Accepta obfisionis famâ, Dux ipse citatis equis ad Heluetios & Confederatos properat, trepidis rebus auxilium petens, quod tantis sustinendis viribus oppidum longè impar videretur. Carolus interea oppugnationem strenuè vrgebat, admotis propriis ad S. Nicolai portam copijs. Id minimè ferentes præsidarij, ductore Ioanne à Rinach, eruptionem faciunt, & quadringtonis circiter imperfectis, reliquis fugatis, cum opulenta præda, in qua octingenti equi, in oppidum reuertuntur. Hac gemina clade irritatus Carolus, ipso festo S. Stephani oppidum summis viribus inuadit; sed rursus non minori quam anteclade repellitur. Iam magnâ alimentorum inopia obfesi premebantur, cuius conscius Lotharingus, auxilia tanto diligentius sollicitabat. Confederati ergo, Austriacarum scilicet ijs locis regionum Præfecti, Comes Thierstenius, Episcopi & ciuitates Basileensis & Argentinensis, Colmarij, Selestatiensis, & Heluetij, contractis sedecim circiter armatorum millibus, opinione celerius Ducis castra aggrediuntur; qui directis in viam quâ hosti veniendum erat, tormentis, nullo negocio imperium eius excepturum se sperabat. Sed Germani milites apertâ per condensam sepem viâ, è transuerso in Burgundos nondum bene instructos incurrerunt, statimque tota castra terroris & fugæ impleuerunt, in qua plures quam in prælio perierunt, Lotharingo ante multam noctem nullum fugientes persequendi finem faciente. Carolum alij equi lapsu obtritum, alij (quod verisimilius) lanceâ ex equo deieictum, & tribus vulneribus, quæ in cadavere postea reperto apparuerunt, confossum scribunt. Mors eius diu latuit, vt qui ignotus ab ignoto procul dubio erat percussus. Sed & repertum inter occisos cadaver ægrè agnoscit potuit, toto vultu gelu mirum in modum deformato, quod deinde Nanceij honorificè est tumulatum. Ita Carolus quidem, cuius potentia omnibus Regibus, Principibus ac Rebus publicis erat formidabilis, audacia & ambitio plusquam nota, ad Nanceium vitam amisit, insigni rerum humanaarum inconstantiae ac ludibrii documento.

VRBIS NANCEI LOTHARINGIAE
Metropolis secundum formam quam hoc Anno
M. D. C. XVII. habet exactissima delineatio.
LA VILLE DE NANCY CAPITALLE DE LORRAINE POUR
telle au vif comme elle est cette annee 1617.





BARRODVCM

vulgo Bar le Duc.





Vo hodie sunt Barri nomine in Gallijs insignia oppida, quorum vnum Burgundia, alterum Lotharingia accenetur. Illud quidem vulgo Bar sur Seine, id est, Barrum ad Sequanam; hoc vero Bar le Duc seu Barrum Duci appellatur. Vtrumque Ducus gaudet titulo; vtrumque etiam Arcem habet, Duci habitacioni conuenientem. Cuius effigies hac tabula representatur, Barrum Duci est, Lotharingia Ducati annexum. Quemadmodum autem primogenitus Lotharingia Duci filius, quam diu coelebs vixerit, Marchionis Muisipontani titulo vtitur; ita postquam vxorem duxerit, Barrus Dux appellatur. Ad oppidum ipsum quod attinet, in multa velut membras pars sum, corundem coagmentatione in vnum corpus coalescit. Dividitur enim in Superiorem, Inferiorem, Nouam ciuitatem, & Arcem, omisis suburbis, quae ipsa quoque ampla sunt. In his sacrae zedes praecipue sunt Prioratus & Parochia B. Mariae Virginis. Cetera singulari artificio exstructa templa ex ipsa tabella conspici possunt. Arx tam amplitudine quam structura elegancia paucis cedit. Collegium hic est seu Camera Rationariorum, ad quod vniuersi Duci reditus & vestigalia referuntur. Quo tempore Carolus Lotharingus sacri foederis Dux, bellum contra Henricum IV. Francie & Nauarræ regem, non ita pridem defunctum, gerebat, parum ab fuit, quin vrbs hac in Gallorum venerit potestatem, superiore ciuitatis parte Aumontij militum Tribuni ductu iam occupata; sed ciuitate virtute ac Germanorum militum aduentu mox recepit.

Ceterum, vt de ipso Duci ac Principibus etiam aliquid addamus, illum Symphorianus Champier Gallicus auctoꝝ sic describit: Bar, inquit, prouincia est Austrasia, seu Francia Orientalis, Comitatus olim, nunc Duciatus, valde fertilis, ac multis à Natute bonis dotatus: cuius limites sunt; ab una parte Campania; ab altera Lotharingia Duciatus; quæ Belgium spectat, Ardenna sylva & ager Luxemburgensis. Proutiam hanc diversi Principes, virtute ac rerum gestarum magnitudine præclarri tenuere: quorum catalogum breuiter ex eodem Symphoriano annexere, non abs re forte fuerit. Theobaldus Barri Comes, qui armensenam Comitissam Luxemburgensem in matrimonio habuit, vixit Anno M. cc. mortuus, vt putatur, circa annum M. cc. XIII. Ei Henricus tam in Luxemburgico quam Barrensi successit Comitatu. Huic successit est Theobaldus, Anno circiter M. cc. XLII. vixitque usque ad annum M. CC. LXX. Theobaldo surrogatus est Henricus, eius nepos, Eduardi filius; qui bellum Francie regno inferens, & a Philippo rege captus pro lytro seu redemptione sua ciuitatem & arcem Barrensem quæsuijuriis ante fuerant, clientelaris beneficij seu feudi nomine à Francie regibus accipere coactus est. Idem constitutis rebus domesticis, dasique Eduardo filio tutoribus, ad bellum contra infideles gerendum profectus, in Cypro diem extremum clausit. Eduardus parte defuncto, Barrensis Comitatus dominum adeptus est, ducta in uxorem Maria Burgundiæ Duci filia: è qua Henricum filium suscepit, Henricus defuncti patris heres, coniugem sibi adscivit Irlandam Flandriæ Comitis filiam, quæ duos ei peperit filios, Eduardum & Robertum. Moritur anno M. cc. XLV. Eduardus natu maior uxorem habuit filiam regis Nauarræ. Mortuus sine liberis in bello contra Anglos, Robertum fratrem heredem reliquit. Robertus Anno M. CCC. LX. matrimonio sibi unit Mariam, Francie regis filiam, per quem Comitatus ille ad Duciatus dignitatem est euectus, multorum liberorum ex ea pater, sex filiorum scilicet, & quatuor filiarum. Ex illis Henricus primogenitus antea patrem mortuus est. Secundo genuis Eduardus patri successit. Anno M. cccc. x. in proelio ad Agnicourtium contra Angelos occisus, quum sex annos Comitatum administrasset. Reliqui tres eius fratres diversis itidem proeljs occubuerunt. Quibus omnibus extintis; Duciatus cessit Ludouicu, tunc temporis Cabillonensi, postea Verdunensi Episcopo, ac demum S. R. E. Cardinali. Roberti maior natu filia nupta fuit Ioanni Regi Arragonie: secunda Duci Montium; tertia Marchioni Monferratensi: quarta Comiti S. Pauli, Eduardus diem obiit Anno M. CCCC. XVI. Ei, vti diximus successit Cardinalis Ludouicus, qui spe suscipienda prolis destitutus Renatum Ludouici Andegauensis Siciliae regis filium adoptauit, Anno M. CCCC. XXIX. vtque contentiones quæ haec tenus inter Lotharingia & Barri Duci fuerant, soperiret, in matrimonium ipsi dari curauit Isabellam Lotharingicam, filiam Duci Caroli II. Anno M. CCCC. XXIX. ex qua ille quatuor liberos suscepit, Ludouicum, Ioannem, Iolandam, & Margaritam. Princeps hic captus fuit in pugna ad Bullenouillam, Anno M. CCCC. XXXII. & Philippo Burgundiæ Duci traditus: aquo persoluto prius graui lytro, & filia sua natu maxima Antonij Valdemontii Comitis filio in matrimonium tradita, libertatis simul & Ducatui est restitutus. Margaritam vero eius filiam Henricus Angliae rex Anno M. cccc. LIV. uxorem duxit. Renato Ioannes Andegauensis successit. Vxorem habuit è Borboniorum stirpe, mortuus Barcinone Anno M. cccc. LXX. reliquo herede filio Nicolaio. Quo Anno M. cccc. LXX. III. calice mortuo, Lotharingia Duciatus aliisque ei annexæ ditiones ad Iolandam Renati Andegauensis filiam, Comitis Valdimontii uxorem deuoluntur, causa matris Isabellæ quæ filia fuit Caroli Duci, Anno M. cccc. LXXX. supradictus rex Renatus Aquis in Proutiam extremum diem clausit, reliqua filia Iolanda, quæ titulo Reginae Siciliae, & Duciess Barrensis vfa, Barri humanis rebus exempta est, Anno M. CCCC. LXXX superstite filio Renato II. qui ibidem corporis exuias depositus Anno M. ID. V. III. die X. Decembris Renato successit Antonius filius, qui uxorem habuit è Borboniorum stirpe patri cognominem: vita functus Anno M. ID. XLIV. Hic filium habuit Franciscum: qui coniugio sibi sociata Christiana Danorum regis filia, Anno M. ID. XLVI. vitam cum morte commutauit. Post hunc Carolus III. Francisci filius vtrumque Duciatus Lotharingicum & Barrensem summa cum laude administravit: titulum vero Barrensis Duciatus, ea quam supra diximus consuetudine Henricus eius filius, Catharina Borbonia, Henrici IV. Gallie regis sororis maritus, usurpauit: quem vna cum Serenissima familia Deus Ecclesiæ & Republicæ incolumem diu conseruat.

DESCRIPTION DE LA VILLE DE BAR FAICTE L'AN 1617

1617





HAGA-COMITIS



V A M V I S municipium hoc muris cinctum non sit, nec inter Hollandia urbes numeretur; omnibus tamen rebus quae vrbem, vel faciunt vel exornant, paucis cedit, multas vero antecellit. Et uno quidem omnes, quod vniuersitate prouincia Consilijs ac supremo Dicasterio domicilium præbet. Hic olim Hollandie ac Selandie Comites Regiam habuere; huc subditi tamquam ad summum Iustitiae tribunal confugerunt. Et loci quidem genium contemplanti, minus mirum videbitur Principes olim hic domicilium sibi potissimum delegisse, ut quo non modo in tota Hollandia, sed etiam vbi-cumque alibi vix quidquam amoenius inueniri possit. Situs hic pagus est quasi medius inter duas amplissimas ciuitates, Lugdunum ac Delphos, itinere tamen nonnihil ad Se-
pentriones deflexo, & ab hac quam ab illa propius distans. Qua Septemtriones speat, ab Oceano mille cir-
citer passus abest, vbi Scheuringa piscatorum pagus, vnde recentes quotidie pisces Hagam comportantur.
Circa id litus incredibilis cuniculorum vis in arenarijs collibus quos *Duynen* vocant, stabulatur, gratæ mensarum
deliciæ. Comitum Palatum satis amplum est, muro & fossis inclusum: Guilielmus Comitis, qui etiam Romano-
rum Rex fuit, opus. In eo præ careris conclaibus, admirationi est vnum spacioſissimum nullis innixum colum-
nis, sed trabibus non valde crassis contignum. Ligna ex quibus ædificium hoc constat, aiunt ex Hibernia vñq;
allata; in quibus nulla arenarum telæ videntur, nulla caries, occulta Naturæ, vi, animaduertitur. Libri hic & mer-
ces omnis generis vñnum exposita cernuntur. Septemtrionalis palatiij latus stagnum claudit seu viuarium (ita
enim etiam vulgo appellatur) cui quam late se protendit, collicus leniter declinus imminet, umbrosis arbori-
bus, consitus; sub quibus æstiu tempore amoenissima est deambulatio, etiam sessio, paratis in eum vñum pafsim
sed libus. Tergo colliculi imposita est longa magnificarum ædium serie, in quibus magnates fecerit & Senatores
habitant. Porta Occidenti obuerba exentibus ad dextram vetus, sed magnifica structura occurrit, cum turri
noua superimposta: Mauritij Nassouij iam domicilium. Egressis inde & ad Aquilonarem plagam descenti
bus vbi arcam quandam lapidi us stratam, & ad eius frontem locum maleficorum supplicii destinatum præte-
rieris via lata sece offert, tiliis virimque consita, vtroque late ædificijs referro, arcus in modum ad Orientale pal-
atiij latus, vbi viridaria sunt sagittariorum ac iaculatorum exercitus destinata, sericectens. Hoc arboretum nemu-
sculo prætentu est, quod Orientem versus, qua Lugdunum iter, ad mille & quingentos circiter passus in longitu-
dinem patet. In eo quercus, fagi, alni: tuni herbæ varia, & ad medicinam expedita. Flores insuper tam aspectu
quam odore iucundi, vt lilium conuallium, sigillum Salomonis, anemone, euphrasia; quæque alia magna cura
plantantur, hic sponte Natura proueniunt: vt ad voluptatem à Natura ipsa factus hic locus videatur. Hinc, æstiuo
præfertim tempore non interdiu modo, sed etiam noctu frequentes ibi videoes deambulantium, pæne dixerim,
greges in quibus etiam Magnates ac Consiliarij, qui publicarum rerum cura animu[m] defatigati h[ab]eantur.
Pagus ipse ædificiorum frequenter mediocres vrbes æquat, ambitu etiam vincit. Latitudinem eius ab Austro ad
Septemtrionalis finem lateris semi-hora spacio vix metatis. Nec minori spacio longitudo patet Templum ibi
perelegans, iuxta que Curia & forū. Aedes plerisque omnes nequaquam rusticatum quid præferunt; intus præ-
cipua urbana munditia polita. Horti vndique & prata circumiecta. Vtrum utilis foret huius loci munitione, iam
olim inter Ordines disceptatum. Superiori saeculo, quum Martinus Rossemus Geldrici exercitus dux pagi hunc
diripuisse, Magnates plerique ac diutiores ciues, qua cuique commodum erat aufererunt, reliquis hostiis libi-
dini fortunis. Cladem hanc quibusdam loci, hostium incursioni semper patiens infirmati imputantibus, alijs
hoc ipsum magnæ regionis parti & ipsi quoque pago saluti fuisse dicebant. Neque enim dubium esse, quin Geldri
locum vel munitionem aggressi fuerint: quo capto (id quod tum non difficile illis fuerat) quis dubiter, quin ma-
gno imposito præsidio, agrum omnem vicinum deprædati, predamque omnem eo congesturi atque ita belli
sunt: sedem fixuri fuerint? His forte eadem mens ac sententia qua rustico illi, qui quum aduentantibus militibus,
e prædio suo feso alio in tutum subduxisset, post exactum triduum seruis nunciatis, male cum ipsius fortu-
nis agi, quod milites omnia domestica suppellestilia confringere, ac pane ipsas ædes demoliri inciperent, latè
animo nuncium accipiens. Eia inquit bene nunciatis. Iam enim animaduertit, commorari illos tantum
apud nos, non habitare velle; iamque prope esse ut discedant. Innuebat scilicet, satius
esse semel quam semper expilari. Ante quadraginta tamen circiter annos
Haga muniri cœperat. Sed conatus hic postea nescio quam ob-
causam fuit intermisus.



AMSTELODAMVM



M P O R I O huic non Batauiæ modo , sed totius etiam Europæ celeberrimo nomen ab Amstelo atque & aggere , quem Belge *Damm* vocant , inditum , extra controuersiam est . Ab eodem fluo Amstelia quoque nobilissima olim & late imperans familia nomen traxit : è qua ortus Gisbertus , Eusebii dignitate ac multis opibus florens , opidum hoc quod pagus ante fuerat , ante annos CCLXX plus minus , portis , pontibus subitis , propugnaculis ac turribus muniri fecerat ; in quo postea eius ob conspirationem & cædem in Florentio Batauiæ Comite perpetrata profligi filius Arnoldus & coniux obseisi , ac dederat se coacti , tam opidi huius possessione quam toto fere patrimonio multati sunt . Inde sub Comitatu imperio Amstelodamum tam frequentia quam opulence ciuium mirum in modum crevit ; donec prelati aliquoties , & quidem nuper etiam pomerijis , ad eam quam nunc non sine admiratione videimus , magnitudinem peruenit ; hanc vrbum in Venetiâ illa Anadyomene , salis è flutibus osferente , comafque explicante , designare voluisse Apelles videatur . Sita vero est in intimi Batauii finis fauibus , ad Amstelum , quem diximus , flauium , qui median interluit , ageribus atque emisariis paſſim oportune duſtis , qua ſordum colluuiem reciproco mariſ æſtu exonerat , aquarum , ſilente aut plena luna vel tempeſtate augelcentium aditum excludunt , & nauibus ruficinum receptum præbent . Solum admodum palustris est minime que firmitum : qua cauſa est cur aedificiorum fundamenta incredibili ſumptu iacentur , adatius per fistulas palis & magnis arboribus , aut ſubſtrata materia per publicas connexa , putanturque fundamentorum impensis totius reliqua ſtructura ſumptus æquare , ne dicam exceſſere . Tam loci natura quam operibus vrbis est munitissima . Præterquam enim quod aquis tam palustribus quam fluentibus ac prodidit foſis vndique cinguit , vallum habet prætulatum , & duodecim amplifissimi propugnaculi ſibi iniicte ad iſtus certius collinando aptissime correfponentibus , diſtinctum . Qua parte Sinu Australi (vulgo *Suver*) alluit , ab orru ad occafum , quam late patet vrbis latitudine , incredibili labore ac funtū duplex ſepes è longuris in aquam adatius dulce viſit , intra quam plus quam mille magnæ naues (vt de mediocribus & paruis , quarum infinitus feret numerus , nihil dicam) tuta habent stationem . Ad publica aedificia quod attinet , præter duo pulcherrima templā , qua noui & veruſi appellatione diſtinguntur , etiam tertium nuper de nouo plane extructum est , non procul à porta Antoniana . Curia magnifica admodum est , in Aggero (Damnum vernacula vocant) poſta . Nec procul inde domus librariorum , in qua omnium mercium , que quidem appendi ſolent , pondere examinatur : vnde communi æratio immensus , & alijs ſane locis incredibili infertur prouentus . Ad ipsum Aggerem nouum ſpectatur opus ſeu aedificium Xylo quadrato , cum area ſubdiali in medio , inſluim , & mercatorum aliorumque quorūm quorūm conuentibus ac deambulationibus definiatū . Eſt & alia domus perquam ampla & ſplendida , Principis aula vulgo diſta , eò quod in ea tam Mauritius quam alii viri Principes , ſi eò forte venerint , excipiantur . In hac etiam maritimarum rerum Senatus (Collegium Admiraltatis vocant) haberi , deque omnibus rebus ad navigationem & maritima commercia ſpectantibus consultari ſolet . In platea qua vulgo *Alte* nomen habet , ingens quoque eſt aedificium , in quo tamquam penu ſeu horreo merces ex Orientali adiecta India , aromata in primis conduntur , omniaque ad navigationem neccellaria armamenta atque instrumenta , vti & pecunia ingens vis , aſſeruantur . Sed tam utilitate quam admirabilis disciplina in primis aedes illæ commandantur , quibus homines nihil , iuuenes præfertim prodigi , temerarij , ferocij , immorigeri , quicque alii frugi eſt nolunt , inclusi uti compescuntur ut non modo nihil mali facere poſint , veruſi etiam , velint nolint , boni quid facere , & labore vičium ſibi parere cogantur . Frontispicio aedium , ſub vrbis insignibus , inſculpta pictura tam præclaris , inſtituti ſineat ſefuſtatur . Videre enim ibi eſt depictum currum Brasiliano ligno & graui ſerra onuſuum , auriga quatuor leones , aprum , lupum , (quibus viria iuuentus fere communia denotantur) velut equos curru iunctos , flagro impellente . Inferius ſequentia verba deſcripta ſunt : *Virtus eſt domare que cuncti pudent* . Alijs in aedibus alterius ſexus carcinomata lanantur , vbi famine ſolutoris vite penſum abſoluere quotidie coguntur , & non fecus quam Vestales quædam pudica aſſeruantur . Quid erga Pedotrophia , Nofocomia , Xenodochia , Gerontotrophia vtriusque ſexus , Furiorum ergaſula , aliaque id genus pietatis velut Asceteria commemorem ? Non inuiti fane firebunt omnes quoquor vrbem hanc viderunt , tam concinne , tam prudenter in ijs omnia effe diſpoſita , ut non facile alibi vix quicquam ſimile reperias . De priuatorum opibus nihil attinet dicere : quas vnuſquisque e tam ampla ac queſtuosa negotiatione facile aſtimabit . Tantæ certe ſunt , ut nulla re magis quam nimirū opibus Amſtelodamum laborare videatur . Hęc eſt quam iure non Belgica modo , fed & Italia aliae que regiones (facta ſemel atque iterum malignioribus præſertim annis , rei periculo) cellam penuariam (vni de Sicilia Catato ille ſapiens olim iudicauit) atque horreum ſuum agnoscat & vocet . Hic contubernij ſecunditudo nationibus omnibus ex aquo patet : vt de ea dici poſit , habere hospitalitatis ianuam nunquam cuiquam obſeravat . Hi enim videas , diuerſari Italos , Hispanos , Lufitanos , Britanos , Scotos , Gallos , Sarmatas , Danos , Suecos , Norvegos , Cimbros , Liuonos , qui etiam Turcas , Arabas , Iudeos , quiunque Mercurio illi Lucrioni velut faciaſunt : qui virga ſua mercatorum animos regit ac moderatur , hos ad praefentis emolumentis & exspectati fenoris vitam ab orco reuocans , illos per iacturam , & e malis nominibus diſpendia , perque eſt alienum ad tartara demittens . Obſupēſeat ſane neceſſe eſt , quicquid viderit tot tantisque claes oneriarum ex omnibus orbis partibus appulſas . Sed multo magis illud miſrandum eſt , quod intra ſeptimane ſpatium exonerare , mox ad nouum iter omnes inſtructæ apparent . Inſignia huius vrbis ſunt tres Cruces perpendiculariter vna alteri ſupponit , in campo nigro ; quibus corona Imperatoris imposta cernitur . Autem eo priuilegio vrbem ab Imperatore Maximiliano I donatam , quum ciues ei magnæ pecunie vim honorari nomine obtulissent . Iudit̄ pecunia beneficio à Princibus impetrarunt , ne vel arx vel praedium prater corum voluntatem ciuitati imponeretur : tum ut praetoris ſeu Praefecti Iuridici , qui à Princibus antea dabatur , conſtituendi ipſi ciuitati ius eſſet . Quo tempore Anabaptiſtæ in VV elphali omnia miſeruerunt , & Monachorum primariam vrbem occuparunt , perditissimi homines ab eis ſubmisſi , Amſtelodamum , nocturnis habitis contentibus , ac mulierum nefarijs perpetratis rebus (adeo ut nudi quoque vtriusque fexus homines interdui diſcurrerint) in non leue periculum coniecerunt , arreptis etiam armis : fed multis caſis ac profligatis reliqui in Frisia ſtam atque inde alio ſeſe reſepterunt : cuius rei historia etiam in Curia depiſta viſit . Plura ac fortalitie non minus memoranda de hac vrbē dici poſſent , fed quia exacta eius deſcripſio integro libro comprehenſa exſtat , finem facio , ſuriolum Lectorem eō remittens .



OSTENDA.



OSTENDA oppidum est Flandriae maritimum, tribus milliaribus Neoperto, & quatuor horarum itinere Brugis distans. Pagus primum fuit, piscatoribus habitatus; sed initio belli ciuilis per quadraginta ferè annos in Belgio gesti, ab Ordinibus, loci sequutis opportunitatem, leuibus primum, è palis scilicet & longuris, deinde firmis operibus & vallo muniri cœpit. Flutio alluitur, Ipperlea nomine: qui vbi in mare exit, sinum facit & portum recipiendis nauibus idoneum. Oppidum ipsum satis amplum est, quippe cuius mænia vix horæ spacio circuiri possunt. Incolis tam frequens olim fuit, vt ad tria ciuium millia numerarentur: qui quum primum ob sideri coepit oppidum, ad ducentos circiter & quinquaginta erant redacti. Sæpè à multis frustra tentatum est: & ab Alexandro Farneſio Duce Parmensi (cuius tamen virtuti & singulari felicitati penè omnia procluia fuerunt) & à Lamotta Greuelingx Praefecto: quorum hic quum veterem iam ciuitatem occupasset (quæ pars est oppidi, litore proxima) inde rursus non sine fuorum strage est cœctus. Sed postea quum Serenissimus Archidux Albertus Calecum primum Gallis, deinde Hulstam Batauis eripuerit, mirum in modum munitiones eius creuerunt. Nam duplice vallo & duplice fossa vndique tum munitum erat, ea altitudine & profunditate, vt non facilè superari posset, si vel à mediocri propugnatorum numero defendantur. Quà mare spectat, nudantibus se astu recedente arenis, aditum habet facilorem, eoque infirmius ibi aliquando est: sed paucarum horarum id periculum est, & idem, æstu rursus, vt statim horis semper fieri amat, oppugnantibus maximè formidabile. Portus ad occidentem a stiuum se porrigit, non altus quidem ille, aut magna classis capax, tamen tamen. Præter hunc flutus marini in terram irumpentes canalem oblongum fecerunt, a forma Faucium (Geule vulgo) appellatum, ultra viginti passus latum, & profunditate vel magnorum nautigiorum patientem: per quem ceu perenem fluvium naues ad extrellum usq; ob sidionis exire arque ingredi solebant. Portus hic vniuersus ratiō opportunior est, quantò breuior inde in Se landicas insulas. Bataiam, Galliam & Angliam est traiectus. Hunc cum oppido Ordines Belgij Anglorum Regine, vna cu Flissinga, Briela, & Seburga seu Rameken arce, hypotheca nomine olim tradiderant; eaque semper è suis Praefectum cō misit cum valido Anglorum & Belgarum præsidio: quod postea, Flandria ad obedientiam Regis reuersa, vicina omnia longè lateque infectis excursionibus assidue vexauit, & immunita tributa non pagis modò & villis, sed oppidis quoque nonnullis extorsit. Quocirca Flandri sèpè multis precibus apud Archiducem infiterunt, vt spinam hanc è pede Flandrici Leonis euelleret, promissa ad ob sidionem magna vi pecuniarum. Primò ergo multa castella oppido circumposita, in que eis, ad cohendas oppidanorum excusione magna præsidia collocata sunt: quorum sustentationem nonnulli nonages millenis aureis in singulos menses constituisse auunt. Sed quum ne sic quidem Flandriam satis tutam esse animaduersum esset ex ea expeditione, & quod hanc sequutum est, cruento prælio ad Neoportum commiso. (neque enim in Flandriam Mauritium, nisi Ostendam habuisset, in qua tum descursum fuisse credibile est, in qua, si quid aduersi accidisset, spes ei omnis erat) Archidux habitu cum suis consilio, summis id oppidum viribus oppugnare decreuit. Sic ergo ob sidionis initium die xxv. Iulij, Anno M. DCI. factum & primis ferè diebus veteris portus usus obcessis penè inutilis fuit redditus: sed illi continuis laboribus & nouum sibi portum aperuerunt, & aggerum perforatione ob sidentes sumouerunt. Ad huius ob sidionis famam Angla & Ordines Belgij Confoederati præsidium ad eum auxere numerum, vt iusti exercitus speciem haberet (ad octo millia fuisse dicuntur) tum omnia ad ob sidionem tolerandam necessaria, præter magnam vim commecatum, tormenta, currus, ligones, palos, marras, secures, malleolos, quæq; alia sunt instrumenta militaria, nec non infinitam quasi variae materia, lignæ præsertim, vim eō comportari inferunt. Qua inde alacritate, qua pertinacia utrimq; pugnatum sit, commemorare hoc loco nihil attinet, quum ea omnia in historijs fuisse descripta exstant. Illud certè omnes fatentur, nullo tempore, nullo loco, quādiu bellum hoc in Belgio durauit, vel plures machinas ad oppugnandum ac defendendum excogitatas, vel plus laboris in ex struendis munitionibus, & tam agendi quam subruendis cuniculis insumptum; vel plus nitratii pulueris in dis plodendis utrumque tormentis perditum; vel plus denique humani sanguinis effusum. Quum initio lente procederet oppugnatio, Ambrosius Spinola tandem castris Praefectus, aliâ oppugnandi rationem instituit, quæ tamen & ipsa, ob summam ob sessorum alacritatem ac pertinaciam, adeo erat difficultis, vt pederentim quasi sum mouere eos, & coarctare oportuerit, donec tandem xx. Septembris, Anno M. DCIV. post integrum scilicet & eo amplius triennium, quod restabat oppidi (faciem namque urbis penè omnem amiserat) deditum fuit, & paullatim dcinde restauratum.

OSTENDA



DILLEMBERGA.



LTRA Lonam fluuium regiuncula quædam, Nassouici Comitatus pars, præcessis vndiquaque montibus aspera, iacet, à Dilla fluuiolo nomen sortita. Ex vna Hercynia sylva parte, quam VVesterwald nostrates vocant, & Comitatu VVesterburgensi includitur; ex altera Ducatum Bergensem, Diocesum Colonensem, Comitatum VVirgestensem, & Hassia Principatum, qui ad Lonam dicitur, habet finitimos. Duobus irrigatur fluuijs, Dilla, quam diximus, & Sigena. A Dilla præter fluente arx Dillenberga, vti & tota vallis, quam amnis hic percurrit, nomen habet. Et arcis quidem structura aspectu magnifica satis est, opere firma & visu atque ædificiorum distinctione percōmoda, muro, vallo, & fossis egregiè munita. Monti, vel colli potius insidet, qui aueris à subiecto pagò parte cum planitie ferè æquatur. Annis quum alijs piscibus, tum trutis optimis abundat, vt & cæteri riu, quibus Comitus ille totus irrigatur: vt nonnulli Nassouiae cymon, Teutoñica originatione, ab humido agro deruent. Est hæc Nassouiae Comitum præcipua sedes & domicilium: quorum stirps hodie in plures velut ramos diuincta est: Singula vero familia à præcipuis suis oppidis seu arcibus nomen habent: quæ quidem sunt, VVilsbada & Idsteinum, VVeilburgum, Sarbrugga, & quam diximus, Dillenberga. Comites hi, ac præcipue Dillenbergenses, quum olim, tum nostro tempore militari laude & ferum gestarum gloria excelluerunt, magnas etiam dignitates geslerunt, & præter hoc suum patrimonium, amplissimas in Gallia, Burgundia & Belgio possessiones tenuerunt, & partim etiamnū tenent, atq; etiam florentissimorum per Germaniam atq; etiam Galliam Principum affinitatibus innexi sunt. In primis celebris est memoria Galilimi Arausioñensis Principis, qui post obitum Caroli V. laudatissimi Imperatoris, à quo valde amatiss & ad magnos honores euctus fuit, civili bello quod sub filio istius Philippo IV. incrudiuit, innexus, non exiguum Belgii partem, Hollandiam in primis & Selaniam ab Hispanorum imperio aulxit: cuius filius Mauritius, ab Electore Saxoniae Mauritiò aucto materno, nomen sortitus, inter clarissimos bellum duces nomen obtinuit, & obtinebit. Cæterum sub ipsa arce in oppido seu valle templum est eleganter exstructum, in quo Comitum visunt se pultura. Versus Austrum sub arce horti sunt per ampli & amoenissimi, multis topiariis operibus distincti, variis herbarum & florum generibus, & rosetis ornati, tum pomorum omnis generis fræces.

SIGENA.



SIGENA vetus est ciuidem Comitatus oppidum, à præterlabente fluuiio Sigae nomen sortita, qui hic lapideo ponte iungitur. Etsi vero fluuii huius apud antiquos rerum scriptores nulla fit mentio, Philippus Cluverius tamen & Petrus Bertrius rerum Germanicarum indagatores solertiissimi, volunt, oppidum quod hodie est à Ptolemæo sub nomine Sege duni expressum. Parum quidem amplum est, colli quæ fluuium spectat leniter declivii impositum. Muro vndiq; & muris includitur, etsi contra magnam vim parum firmis, operé tamen contra subitanæas insidias munitis. Tempis & ædificiis mediocriter ornatur. In collis fastigio Orientem versus arx iacet, Comitum vibus destinata. Tanta vero est loci commoditas, vt Schola illustris vna cum typographia, propter saeuentem pestem Herborna hoc translate sint: quæ tamen postea ad pri. stinum redierunt locum. Vicini montes ferri scatent venis, vnde magnus ad ciues & accolás reddit quæstus. Deliciae quidem exoticæ hic rare sunt, ager tamen quæ ad vitam necessaria sunt suppeditat. Anno 1626. Ioannes Nassouiae Comes Martis scholam hic operuit, in qua Nobilis iuventus tam pedestris quam equestris militia, aliarumq; bonarum exercitij imbuueretur. Ex hoc oppido oriundus fuit excellens ille Astronomus & Geometra Tillemannus Stellæ, vulgo der Stof, qui anno 1529. anno ætatis 64. die 13. Februario VVirtebergæ diem obiit. In oppidi Curia visenda est artificiosa admodum pictura, qua Monachus quidam historiam Passionis Dominiæ in grandi tabula pluribus tabulis seu actibus distincta, anno 1515. ita depinxit, vt omnibus qui picturæ artificium amant & intelligent, admirationi esse possit.

DILLENBURGVM NASSO
VIAE COMITVM ARX
ET NATALE SOLVM



DILLENBURG



SEGENA Famosum co
mitat Nassouiac Opp.

FLY

СЛОВО
ДО СВИДЕНИЯ

B V D I N G A.

HERCYNIA in Germania syluae etiam apud vetustos Scriptores crebra & celebris est mentio; cuius longitudinem sexaginta, latitudinem nouem dierum iter vel expedito patere, & Cæsar & alij testantur. Olim certe pene totam Germaniam occupauit: eamque caussam esse verisimile est, quod olim Germania pro aspera, sylvestri & quasi inculta ac deserta regione sit habita, occurrentibus vbiique vastæ huius syluae solitudinibus: cuius hodie paucæ supersunt reliquæ, eaque habitationibus, pagis, oppidis & Monasterijs mirum in modum referræ, densissimis sylvis ac memoribus in agros tam pascuos quam frugum omnis generis feraces, pomaria ac vineta, hominum industria ac labore commutatis. Vel solam Budingam quis adspiciat: cuius ager omnis illa Hercyniae syluae parte, quæ **Epeßhart** nunc appellatur, comprehensus, syluis dumisque olim obsitus, nunc & mira amoenitate ridet, & è beato suo gremio almam omnis generis frugum copiem, & in primis læta Bacchi fluenta profundit; quamuis non sponte: ut hic quoque verum sit, quod vulgo dici solet, Deum hominibus dona sua pro labore vendere. Est verò Budinga Franconiae finitimum oppidum, non procul à Bintzio amne, qui Hanouia præterlapsus, ad Hustam Moguntinensis Dioecesis oppidum Mœno commiscetur, situm Isenburgi Comitatus caput. Arcem habet magnificam, in qua Comites plerumque diuersari solent. Ager circumiectus partim in vitiferos aslurgit colles, partim hortis ac pomarijs est consistitus, partim pascendis pecoribus opportunus: ut nihil hic vel ad vsum, vel ad voluptatem merito desiderari possit. Quod alias in vniuersum de Franconia prædicari solet, de hoc quoque agro verum est, nullibi fere cæpas, rapa, brassicas capitatas, cæterosque id genus fructus maiores ac meliores produci. Incolæ eodem vitæ instituto, ijsdem vtuntur moribus quibus Franconiae cultores. De quibus Ioannes Aubanus sic habet: Gens ipsa laboris patientissima. Vinum quod colligit, ob domesticam egestatem vulgo vendit, ipsa aquam bibit. Cereuisiam contemnit, nec facile ad se deferri permittit. Insolens est superbaque, multaque sibi arrogans, multum præsumens: alias nationes contemnit, cauillisque adeo plerumque prosequitur, ut qui cum ea morantur, patriam suam non dicant: eos qui hæc patienter ferunt, facile secum morari patitur, & veluti per hoc approbatos, coniugij admittit, vnde multi Suevi, multi Bauari Hasi- sique passim hic habitant. Ad Dei infusum per cultum propensa est, &c.

Hæc ille,




SCOPEA



VAMVIS Misnia regio quum soli fertilitate, tum salubritate aeris in primis commendetur, eoque multis opulentissimis ciuitatibus & pagis ferè innumeris exornata sit: certum tamen est non tam extimis soli fructibus, quam intimis telluris visceribus maiorem diuinarum, quibus regio hæc præ alijs affluit, partem deberi. Olim quidem vniuerso illo tractu, vbi Misnia à Bohemiæ regno partim asperis montibus, partim densis nemoribus disternatur, nihil fuit incultius: at postquam hominum auaritia terræ foris sterilis viscera rimari cœpit, & incredibiles in eis reperit diuicias, certatim accurate velut ad prædam hominum multitudine, nouis condendis ciuitatibus loca designata, ex villis pagi, ex pagis oppida facta sunt. Inter hæc maximè recens, nec minus tamen excellens est, quod Annæberga vulgo dicitur, vt quoddem Anno M.D.III. muro cingi cœperit: breui verò ob ditissimos metallicarum venarum prouentus adeò excreuit, vt inter celebriores ciuitates merito haberi possit. Non procul inde Scopa fluuiolus è Bohemicis ortus montibus postquam ad duo circiter milliaria incelsit, cognominem sibi ciuitatem præterit, quam Schuepen Germanorum vulgus vocat. Arx in ea, qua fluuum despicit, colliculo imposita cernitur, elegante turri oppidum versus instructa. Ager tam serendis frugibus, quam paucendis pecoribus idoneus, incolis victum; diuicias cum propinquis metallicis officinis commercia suppeditant. Evidem facere hic non possum, quum de ijs, quæ ad ciuitatis huius exactiorem pertinent descriptionem, nihil præterea certi habeam, quin hoc loco, quod magna cum admiratione apud Scriptorem fide dignum legi, apponam. Ait igitur ille, ex publicis constare rationibus, è sola illa argenti fodina, quæ Schneeburg id est, Niualis mons dicitur, ab Anno M.CCC.C.LXXI. & quidem eo die, qui S. Dorotheæ sacer est, usque ad annum M.D.L. operis ac partem habentibus cessisse centum viginti tres mille trecentas quinquaginta quinque (123355.) Tonnas auri, ut vocant: in Principum verò fiscum decimarum nomine illatas bis mille quingentas quinquaginta nouem (2559.) auri Tonnas, ac tantundem ferè mallei nomine, ut iura & consuetudines habent. Eant nunc, qui Germaniam metallorum sterilem esse assererent dubitarunt. Credo evidem, si Tacitus, ceteroqui Germanicarum rerum non malus nec indiligens scriptor, reuiuisceret, non modò calumniam hanc lubenter deleturum, verùm etiam Germaniæ in hoc dotis seu felicitatis genere (si modò felicitas dicenda est, quæ tot infelicitati bus, ut ita dicam, non sua quidem, sed hominum culpa an sam præbet) inter Europæ regiones facile primas tributurum





B A M B E R G A

VÆ Bambergia vulgo appellatur, Franconia ad Regnitum annem ciuitas vnanimi Historicorum consensu *Baba-berga*, seu *Mons-Baba*, dicenda est, à Baba, Othonis Saxoniæ Ducis filia, Alberti Bambergensis Comitis coniuge. Pauonis montem alij dictam volunt; sed quia originationis nullam causam adferunt, penes ipsos sit fides. Anno post Christū natum m. vi. Reinholo ultimo horum Comitum sine liberis defuncto, ciuitas hæc cū toto Comitatu sub Imperij ditionem concessit: sed non multo post à S. Henrico Imperatore & Cunegunda eius vxore Episcopatus ibi fuit institutus: qui exædificata Cathedrali Ecclesia, Benedictuni VIII. Pontificem, vt eam ipse præsens consecrare vellet, rogauit. Et annuit quidem Pontifex, ea tamen conditione, vt quotannis Romanæ Sedi centum argenti Marcæ, vñā cùm equo instructo, ab Episcopo penderentur. Munsterus scribit tributum hoc postea Beneuentani opidi in Italia donatione ab Imperatore redemptum. Imperator quum Pontificem in via esse accepisset, vñā cum coniuge & Imperij Statuum delegatis Bambergam se contulit, eodem Adelheidi Quedlinburgensi, & Sophia Gandershemensi Abbatissis è Saxonia euocatis. Septuaginta duos Episcopos tum ibi conuenisse, Cuspinianus testatur, Venientem Pontificem Imperator, Principes ac ciuitatum Legati magnifice ac reuerenter exceperunt, omnibusque ceremonijs quibus ille tam Cathedralem Ecclesiam quā Benedictinum cœnobium consecravit, interfuerūt. Id factum anno M. XIX. vt alij volunt, M. XX. Inde Pontifex Fuldam quoque, cuius vi-senda studio flagrabat, ab ipso Imperatore fuit perductus.

Bambergenſi ciuitati mons imminet præcessus, cui arx imposita est tam loci genio quam operibus admodum munita, Comitum olim fides. Quorum stirpe extincta, vti supra diximus, Comitus ille in Cathedram Ecclesiam est commutatus. Inter ditissimos Episcopatus non postremum hic locum habet, vt cuius ditio ad ipsam quoque Carinthiam & Istriam extendatur. Tanta vero dignitate est, vt etiam ipsos Electores pro beneficiarijs seu vasallis habeat: nec vlli Metropolitæ vel Archiepiscopo subest. Vrbs ipsa, quod olim muris cincta non esset, inter pagos Imperij numeratur. Tanta hic est cœli ac soli fœlicitas, vt nihil vel ad usum vel ad voluptatem desit. Certe vix vllibi in Germania maior croci est prouentus. Melonum, peponum aliorumq; eiusmodi fructuum qui mitius amant cœlum, nullibi maior abundantia. Ut de glycyrrhiza nihil dicam: quæ plaustris hinc ad alias Germaniæ ciuitates exportatur. In Cathedrali templo S. Henrici Imperatoris, & Cunegundis eius coniugis sepulchra visuntur: quorum præcipua fuit in hanc Ecclesiam munificentia. Comitia hic totius Imperij non semel habita: hicque Philippus Romanorum Rex ab Othone Palatino V Vitelspanensi imperfectus. Anno m. cccc. xxx. Bohemi Hussitas tantum metum vniuersæ Franconia incusserant, vt ne bello vexarentur, Bambergia duodecim, Marchio Brandenburgicus nouem, Bauariæ Dux Ioannes octo, ciuitas Norimbergensis duodecim aureorum millia vltro eis numerarint, Bello vero Smalcaldico anno m. d. lii. tantis iniuriis ac cladibus ab Alberto Mar-chione Brandenburgico affecta est, vt vix vñquam ad pristinum splendorem peruentura videretur: quem tamen iamdiu recuperavit.

Eadem tamen Gustavo Adolpho Suecia Regè per Germaniam graflante, anno m. dc. xxxi. & sequenti anno m. dc. xxxii. insigniter afflcta fluit, dum prædictus Rex parta contra Cæsareanum exercitum ad Lipsiam victoriâ, Franconiam ferè totam atque inde Moguntinam & vrbem & diœcesin subegit. Non paullò post, Tillio per aduersum Mœnum cum suis copijs Norimbergam versus profecto, eadem Cæsareanum prædi-
um recepit, sed mense Febr. anno m. dc. xxxii. à Gustavo Horn, Suecico Campi-Mare-
scallo rursus subiugata, eamdem cum Moguntina Metropoli fortunam subiit.

BAMBERGÆ


Episcopalis in Franconia
vrbis celeberrima typus,
ad viuum quasi efformatus.



Johannes Philippus Det. Grat. Eps. Baumbergensis.



- | | |
|---|---|
| A. Templum. Cathedrale. | N. Collegium. |
| B. Conventum S. Michaelis vel
Munibergi. | O. Hojibet. S. Catharinae. |
| C. Collegium S. Stephani. | P. Hojibet. S. Elizabeth. |
| D. Collegium S. Iacobi. | Q. S. Goronius. |
| E. Collegium S. Gangolfi. | R. Eles. B. Marie alias
Sacrum Iudeorum. |
| F. Parochia S. Martini. | T. S. Gortulus. |
| G. Parochia B. Marie. | V. S. Leonhardi. |
| H. Conventum Carmelitarum S.
Theodori. | W. S. Ioannis. |
| I. Conventum Dominicanum. | X. S. Materni. |
| K. Conventum Franciscanorum. | Y. S. Agidij. |
| L. Conventum S. Clara. | Z. S. Nicolai. |
| M. Conventum ad S. Sepulcrum. | a. S. Madalone. |
| | b. S. Scholastiani. |
| | c. Nofomoni Gallimarki laborant. |
| | d. Nofomoni. B. Virginis. |



HAILBRVNNA.



Iuitatem hanc aliqui Hailbrunnam, quasi *Heroum fontem*; alij Hailbrunnam, id est, *salutarem fontem* appellant. Sed posterius nomen magis videtur verisimile: quum constet tam iucundas, quam salubres potu aquas vel fontes passim hic scatere. E pago ciuitas facta est Anno, vt quidam volunt, M. LXXXII. vel vt alij censem, circa annum M. CC. LXXXV. imperante Friderico II. à quo inter liberas Imperij ciuitates cooptata fuit, inter quas etiamnum censetur. Sita est in Ducatu VVirtembergico, ad Nicrum fluum, agro omnium rerum, quæ ad vitæ necessitates pertinent, vini in primis ac frumenti, ad modum ferace. Aedificia tam publica quam priuata habet elegantiæ, plateas mundas, forum spaciofum, Curiam splendidam, cum nitidissimo & artificiose horologio, solis ac lunæ meatus, ad instar Argentoratensis illius, repræsentante. Opulentum hic fuit Carmelitarum cœnobium è peregrinantibus eleemosynis olim construstum. Hic enim ad fossam ciuitatis ex arbusto quodam ligneam B Virginis Maria statuam sive imaginem cum rustica iter illac faciente sermocinatam, eamque imaginem multis deinde miraculis claruisse; deinde magnam hominum frequentiam ad locum illum religionis ergo concurrisse ferunt. Duravit hæc omni num deuotio ad annum M. D. XXV. quo seditionis rustici & ipsum oppidum ceperunt, & Monasterium cum templo diruerunt arque euerterunt Anno quoque M. CCC. LXXXVIII. ciuitas hæc à nonnullis Imperij Principibus obessa, capta ac direpta fuit, saluis Ecclesiasticorum fortunis. Sed hoste vix digresso, ciues ipsi Ecclesiasticorum bona quoque diripuerunt. Anno M. CCCC. VII. Sueviæ Nobilitas sollemnem hic Equestrem lusum, vel potius lustrationem (Torneamentum vulgo appellant) celebrauit, cuimulti Principes, Comites ac Barones, præter magnum Nobilium numerum, interfuerunt.

Bello illo Germaniæ functo, quod adhuc Anno 1633. geritur, subiungato ab Hispanis iampridem Palatinatu, deinde ad Imperialibus Ducatu VVirtembergico, ciuitas hæc quoque se dedere coacta, & grauissimis damnis & exactionibus afflita fuit. In præsidio enim collata ibi fuit legio Lotharingo Pfalzburgica, decem constans vexillis: ad quorum sustentationem vicina Nobilitas, quaterna florenorum milia menstrua, ciues vero aponam, vinū præsertim & panem, conferre coacti fuerunt. donec G istauus Hornius Succici campi Marescallus, Mergethemio, ad Tuberum supremi Teutonici Ordinis magistri sede occupata, 20 Decembri anno 1631 Hailbrunnam post duorum dierum oppugnationem, ciuitatem occupauit, & nouis operibus muniuit. Hæc postea & Sueci & Germanis Euangelicis ad multas res opportuna fuit: nonnulli etiam conuentus ibi habiti inter quos celeberrimus est quem Euangelicus Cancellarius sub initium Martis, Anno 1633. cō indixit, vbi 8. die Martii, peractis sacris complusculi articuli propositi, discessi & conclusi fuerunt, tam ad pacem quam ad bellum eiusque gerendi rationem spectantes. Huic conuentui etiam Galliæ Regis Legatus interfuit, magna auxilia si Protestantes cum Succis vires in communè conferrent, pollicitus.

R E V T L I N G A.



Icina Hailbrunnae Reutlinga, & in medio ferè eiusdem Ducatus, ad eundem fluum sita, circa idem ferè tempus, euilem Imperatoris beneficio, ciuitatis ius (nam & ipsa pagus antè fuerat) adepta legitur. Posita est loco ad omnes res peropportuno, maximè ob duorum fluiorum vicinitatem, Nicri & Echetii, quibus quamplurime ad varios usus molæ sunt impositæ, in primis ad papyrum conficiendam, cuius magna vis inde alio asportatur. Non paucas quoque officinas habet ferrarias, optimis ferramentis cudentis nobiles: vt Reutlingenses gladij passim in prouerbio sint. Asylum hæc quoque est, insignibus, & quorum similia vix alibi reperias, præ privilegiis donatum. Tam publica quam priuata ædificia mediocrem præseferunt ornatum. Ciues humani sunt; sed animosi & libertatis amantes, quam non semel periclitatam, contra omnem vim sartam teatam ad posteros transmiserunt. Anno M. CC. XLVII. in ipso sui exordio ab Henrico Friderici Secundi filio obessa, sed diuino Beata Virginis beneficio liberata ciuitate, ciues facellum ex voto extruxerunt, atque Deipara Virginis consecravint. Cum VVirtembergicis Comitibus funestæ eis læpe fuere contentiones: in quibus licet grauissima interdum damna accepérint, sociorum tamen ciuitatum adiuti auxilijs, non modo libertatem ad extremum usque tutati sunt, sed hostem etiam non exiguis cladibus non semel represserunt. Anno M. CCC. LXXII. atrocí inter Eberhardum Comitem VVirtembergicum, & Imperiales, qui in eius agro sita erant. Ciuitates igne flagrante, quo mille ac ducenti circiter pagi exusti, vineæ & arbores cæstæ, prata aratro secta, arua sale & sinapi conspersa, nullum denique hostilitatis genus intermissum fuerat. Reutlingenses sub signis egressi, armenta aliquot & pecora VVirtembergicorum abegerant: Comite vero cum magno Nobilium numero ad portas usque ciuitatis eos persequente, idem per pseudothyrum subita eruptione facta, tanta vi in VVirtembergicos illati sunt, ut magnam Nobilitatis partem conciderint, reliquos fuderint ac fugarint. Interfecti sunt in hoc proelio tres Comites, Fridericus Zollerensis, Ulricus Tubingensis, Ioannes Schvartzenburgicus: Ipse Comes Eberhardus, accepto vulnera, ægrè elapsus est. Superioris quoque saeculi Anno XIX. Ulricus Dux VVirtembergicus Reutlingam vi in suam redegerat ditionem, sed eo proscripto ac Sueuici foderis armis profligato, ciuitas ad pristinam rediit Imperij libertatem, eaque integra adhuc fruitur.

MVLHV-



MVLHVSIVM. SVPERIORIS ALSATIÆ OPPIDVM.

Mulhusium vnde nomen acceperit, apud Germanicæ lingua peritos quæsito opus non est: qua nomen hoc idem sonat, quod *Molaris domus*. Sita est hæc ciuitas in Sungouia, fertilissima superioris Alsatiæ regione. Tam natura, quam operibus munita est, ut quæ quatuor fossis circumluatur, & totidem pontibus adeatur. Solum habet viñi ac frumenti, aliorumque terra nascentium valde se-rax. Argentoratem olim Episcopum dominum habuit, eidem à Rudolpho Habsburgensi Co-mite crepta: qui etiam arcem, duodecim septimanis obseffam, & tandem ciuium auxilijs captam demolitus est. Eo autem ad Romani regni fastigium euecto, Mulhusium vnà cum alijs, quæ ea-dem fortuna vñz fuerant, ciuitatibus, sub Imperij ditione esse coepit. Circa annum M. CCCC. LXVIII. ciues Mul-husiani, libertati suæ à viciniis Regulis insidijs fieri animaduertentes, cum Bernatibus, Solodurijs, & Friburgensisibus in XV. annos foedus icerunt, Nobilitate vicina valde fremente, & eam iniuriā, yti putabant, multis damnis vindican-te: sic vt simultas hæc tandem in apertum eruperit bellum, quo plerique Songouia pagi direptionibus atque incendiis foedum in modum fuere vastati. Mulhusiani ergo vt rebus suis melius prospicerent, & auxilia magis in propinquo haberent, Anno M.D. VI. cum Basileensibus, ac tandem Anno M.D. LXXXVI. quum ciues arma contra Magistratum arripiuerint, Senatorum quosdam in vincula conieccissent, quosdame eieccissent, alias alijs indignis modis tractassent; moniti etiam à Confœderatis vt resipiscerent, & ex vi foederis veterem Senatum in pristinum locum restituerent, pertinaciter in rebellione perstarent, atque ipsis quoque Legatis non parcerent: Heluetii coactis aliquot armatorum millibus, ciuitatem obsederunt, eaque capta, & seditionis auctoribus punitis, qui confederatorū nomine ius diceret, prætorem constituerunt. Sed non multo post, nempe Anno M. D. XXXIX. ciuitas eoru-n-dem beneficio plenam libertatem recepit: sed mansit, immò recruduit inter Senatum & ciues similitas, adeò vt sequenti statim anno ciuium nonnulli nouarum rerum, ac vindictæ p̄cipiè studio, clam introdu-
cto milite ciuitatem occupare, ac Senatum exterminare conati sint:
sed re detecta, & antesignanis supplicio affectis, tumul-tus omnis conquieuit.

LIPSIA.

LIPSIA, Vrbs Misnia Metropolitica & elegantissima, in Ositia, vulgo *Distlande*, inter Plisnam, Elystum, & Pardam, amnes confluentes sita. Ex pago Liptz, quod lingua Henneta, tiliam significat, in tam augustam magnificentiam, temporis successu, Imperatorum, Saxoniae Ducum, & Marchionum Misnensium favore ac gratia excrevit. Ridaco autem absque sobole mascula mortuo, Henrico II. Cæsar cessit circa Annum Christi M. XXI. Ab hoc, Merseburgico Episcopatus vna cum Lipsiensi pago, feudis, iuribus, & regalibus, traditus est Comitatus, & in eius potestate mansit ad annum Christi M. C. XXVIII. Erant tunc crebra vectio[n]es salis, & aliarum mercium per hanc oram, quæ occasione[n]e & facultatem augendi pagi Liptz dederunt. Et attulit adiumenti non parum, Aula Marchionum Misnia, quæ Landisbergæ erat. Donec anno Christi M. C. XXXIV. Otho Conradi filius Marchio Misnensis, facta cum Merseburgico Præsule permutatione, Liptz pro castris, & vicis quibusdam acquisivit: et a tamen conditione, ut Antistes Merseburgicus directum dominium retineret, Princeps, vtile haberet. Hic perspecta commoditate & opportunitate loci, de condenda, vel augenda vrbe, consilium cepit. Itaque muris opidum cinxit, vel certè nouis munitionibus auit, tum priuilegijs & statutis decorauit. A quo etiam insignia sua habet ciuitas, ex Misnicis scilicet, & Landisbergensibus conflata, coloribus duntaxat mutatis. Quod factum esse apparuit anno Christi M. C. LXXIV. Arx in hac noua vrbe erat ad Plisnam, versus meridiem. Hanc vna cum opido demolitus est Otho Romanorum Rex. Cum vix reparata esset vrbs, denuo, ob rebellionem quandam adortus est eam Ditericus Marchio, & postquam ea potitus est, tres Turres, sive Arces in ea ædificavit distinctis locis, vbi postea extructa sunt Monasteria, Franciscanorum, Dominicanorum, & castrum Pleissenburgum. Non multo post, condidit idem Marchio coenobium S. Thomæ, anno scilicet Christi M. CC. XVI. S. Pauli vero coenobium ædificatum est anno salutis M. CC. XXIX.

Belli in'commodis non nihil liberata ciuitas, ædificijs & opibus crevit, & caput supra alias vrbes extulit, vt quasi oculus quidam Misnia haberetur. Emporium celebre, quod in ea est Merseburgi primùm ab anno Christi M. CC. LX. frequentatum est, inde Grimam, tandemque Taucham, postremo Lipsiam translatum est à Theodorico, priuilegiisque tam ab eo, quam à sequentibus Marchionibus Misnia confirmatum anno Christi M. CC. XXVII. Quod indicant d. plomariorum solium Theodorici Marchionis; sed Imperatorum quoque Romanorum complurium. Accedit ad hanc solemnen Panegyri[n], quæ ter annis singulis celebratur, deponendum mercium ius, & cauio, ne in vicina Dioceſi vllæ nundinæ indicerentur.

In bello funesto Adolphii Cæsar[is], & Friderici Tizemannique frattum Misnia Marchionum, Lipsia quoque occupata est ab Adolpho, Anno Christi M. CC. XCVI.

Occupata est eadem quoq; à Woldemaro Marchione Brandenburgico, sed recuperata anno Christi M. CCC XII. à Friderico Admoro, nouisque accessionibus æcta, arque ornata est.

Habet præter Emporium frequens, etiam sylvas, prata, hortos, muros, fossas, turres, castrum, duas Parochiales Ecclesiæ ad primè ornatas, scholas duas particulares, Scabinatum, prouinciale iudicium. Ac Scabinatus qui dem, sive ordo iudicum de iure respondentium coepit anno Christi M. CCCC. XX. Prouinciale vero iudicium Albertus Saxoniæ Dux instituit anno Christi M. CCC. LXXXVIII. Contulere ad hoc iudicium aliquid opis & subsidijs consequentes Saxonia Principes Fridericus, Ioannes, Georgius, & Mauritius. Ampliavit vero, & perfecit maximè Augustus.

Porrò vniuersale studium, Lipsiam quoque vehementer exornat. Id autem, quando, & quamob causam, ex Pragensi Vniuersitate Lipsiam in translatum fuerit, explicat Dubraius, in descriptione Bohemiae libro xxii. Albertus Krantz in sua Metropoli lib. xi cap viii Et D. Iacobus Middendorpius lib. v. de Vniuersitatibus ex Ænea Sylvio, hunc in modum: *Lipsiensis Vniuersitas initium sumpsi ex Pragensi; Anno Domini 1408 propter se etiam Husistarum in Bohemia. Anno sequenti confirmata. Rixerant Scholam Pragensem usque in ea tempora Teutones, id molestissimum Bohemis fuit, hominibus, natura ferocibus, & indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo, quam patridi p[re]ficit vocant, apud Oxonium Angliae ciuitatem literis studens cum omniis VVicie libris offendit, quibus de Realibus Vniuersitalibus titulus inscribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria secum artulit, imbutus ge[ner]e v[ir]ileitarum veneno, & ad nocendum paratus, tum, quod erat familie sue cognomen, putridum p[re]ficit, id est, fecit iduna virus in ciues sios euomuit. Commodavit autem scripta, que attulerat, his potissimum, qui Teutonicorum odio tenebantur, inter quos Ioannes emicuit, obscuro loco natus, & ex villa Hus, cognomen mutuatus. Hic, cum esset ingenio peracri, & lingua diserta, multumq; dialecticis oblectaretur, & peregrinatae opinione amaret, audie admodum VVicie cultarum doctrinam arripuit, eaq; Teutonicos vexare coepit, sperans eo modo, confusos Teutones, scholas relikturos. Quid cum successeret, à VVenceslao Rege impetratum, ut Pragen's Gymnasium, ritu Parisiensis gubernaretur. Eares magistratum scholæ Teutonibus abstulit. Quam ob causam commoti Magybari, & discipuli Teutonicis generis, iure iurando adacti, uno die supra duo milia eos secuti, apud Lipsiam Misnia ciuitatem, trium dierum itinere, à Praga distantem, Vniuersale studium exercere. Bohemis ergo schola sue gubernatio liberò patuit, quanda Germani Professores discesserant, patriamq; suam illestitrare malebant, quam apud Bohemos oleum & operam perdere. Et, ne Bohemis quorum Vniuersitas ad conservandam veram Religionem instituta erat, ad seminanda heresies auxilio suisse viderentur, Ioannes Cochlaeus libro primo Historia Husistarum, paulo apertius hoc prescriptus: Quod nimur Bohemi à Rege obtinuerint eam Academiam si gubernari, ut ipsius mater Parisiensis gubernabatur, id est, cum h[ab]erentus quatuor in ea Academia nationes, Bohemica, Polonica, Saxonica, Bavarica, eandem per omnia autoritatem habuerint, nunc una Bohemica tantum autoritatis habet, & ex promotionibus in omnibus quatuor facultatibus, tantum emolumenti perciperet, tantumq; in electionibus ad officia, pre-*



cia prabendas, & dignitates valeret, quantum reliqua nationes tres simul. Quod, cum contra vetera priuilegia, equitatem & iuramentum suum esse cognoscerent, & ad raucedinem vociferarentur, nec tamen impedire possent, Lipsiam, Vniuersitatem translulerunt, in quatuor nationes eam diuidentes, Misnicanam, Saxoniam, Bauaricam, & Polonicam.

Confirmata vero haec Academia reperitur a Pio II. & Alexandro P. Quinto. Eamque nonnihil collapsam, Georgius Dux Saxonie restituit. Erasmus Roterdamus Epistola ad ipsum Georgium Ducem: Tuis, inquit, auctoribus, tuus, munificentia Lipsiensis Academia iam olim celebris, ac solennibus illis studijs florens, nunc politoris litteratura, ac linguarum accessione, per te sic est exornata, ut vix velle ceterarum cedar. Conseruatore Vniuersitas habet, & Cancellarium Anristitem Meseburgensem. Pagos tenet proprios, & Canoniciatus in Diocesi Merseburgica, Misnica, Numburgana & Cizeri. Cenobium Paulinum cum omnibus que ad illud pertinent, Mauritius Dux & Elector Saxonie Academia donavit Huius Ducis, & fratri illius Augusti, tum Christiani quoque cum in omnibus partibus correcta, aucta, & locupletata est Academia Petrus Mosellanus. Grecarum litterarum in hac Academia Professor ad Georgium Saxonie Ducem sic loquitur. *Quanum per grauissimas curas, quibus amplissima ditione tua hominibus proficias, datur, hoc intendis, hoc proficias, ut Lipsia tua, non tam ciuitum opibus, quam bonarum artium studijs indies matius sumat incrementum. Quid ego nunc commemorem splendidissima adiuncta, in usum, tum discentium, tum docentium, partim a te, partim etiam a maioribus tuis hic magnificissime a primis fundamentis, ad summum usque fastigium exstruet? quid annuos redditus, quibus omnis generis scientiarum Professores liberalissime datasi? Cumq[ue] ex Clementina sanctione didicisset, in publicis scholis trium linguarum Doctores fouendos, ne hic quicquam rae Academia defisset, iam in tertium annum utrinque lingua Professores, & sumptu tuo, fones, & auctoritate tueris, nec dubitamus, quin brevi & sancta hoc est, Hebreac lingua Magistrum, tua Celsitudo nobis sit procuratura, ut post hac nemo quiquam, quod ad instruendum Gymnasium pertinet, sit hic desideraturus.*

Lipsiensis Academia hanc contiuetudinem haec tenus obseruauit, vt in electione Rectoris, oratio haberetur in laude bonarum Artium, & encomion Reipublice, atque fundatorum. Et, vt singulis annis statuta Vniuersitatis legerentur. Quo die Rector Magnificus, de vita, & moribus studiosorum, de officio praceptorum, ac discipulorum, & similibus Academicis exercitiis & clamabat. Sicut ex iis orationibus colligitur, quas utroque tempore, Conradus Wimphinas a Fagis, Rector, Lipsia habuit, quæ & ty pis excusa circumferuntur.

Huius Academiae Alumnus notandum, & studiorum promouendorum causa, diligenter vitandum erit, quod refert Aeneas Sylvius, ad librum primum Panormitanum, de gestis Alfonsi Regis. Cum Leonardus quidam eques & nobilis, coguarum suum Lipsia bonis literis operam dantem, salutatibus aduenisset, quæ sifsetque, vt valeret, & quem in bonis literis progressum fecisset: vnuis è commilitonibus respondebat, optimè quidem se amicus tuus gerit, nam inter mille quingentos studiosos, hic vnuis bibendi palmam obtinet.

Grati obfide:one cincta, & oppugnata fuit Lipsia à Ioanne Friderico Saxonie Duce & Electore, Anno salutis M.D.XLVI à decimateria die Ianuarij, ad vicesimum septimum eiusdem mensis, tantoque displosorum tormentorum fulmine verberata, ut vix maior vis adhiberi potuerit, sed conatu tamen irrito.

Sed nullam maiorem Lipsia umquam accepit calamitatem, quam ultimo hoc bello: quod tota serè Germania vastata, tandem in Saxoniam quoque Electoralem incubuit: dum Comes Tillius, expugnato Merseburgo, Weissenfels, Naumburgo, Cizio, & aliis oppidis & arcibus occupatis, 3. Septembris exercitum Lipsiae quoque admovit, & tantam viam adhibuit, ut tam ipsa arx, Pleissenburgum nomine, quam ciuitas dedere se coacta fuerit. Paucos post dies, profligatis non procul a Lipsia Tillianis copiis, præsidarii, qui in vrbe erant, vtrò ex vrbe profugerunt: qui vero arcem tenebant, usque ad 13. Septembris deditio:ne protraxerunt, quo die illa in potestate Saxonie Electoris redijt. Sed nequid malorum finis fuit. Quum enim, Cæsareanus exercitus, patrato ad Lützam prælio, in Saxoniam iterum irruisset, & arcem & oppidum 23. Octobris rufus occupasset: Elector Saxonie feriandum sibi minime ratus, hanc quidem 11. Nouembris, illam vero 3. Decemb. 1632. recepit, quas interea miseras, quas desolationes miseri ciues (de viciniis rusticani nihil dicam, qui plerique ad incitas redacti) perpepsi sint, facile cogitabis cui hodierni belli mores noti sunt.

Curia, Lipsiam multum exornans, & adiuncta fuit anno salutis M.D.LVI.

De Lipsia sic Iulius Scaliger in suis Vrbibus:

Lipsiae ostentans sublimibus aureate testis,
Lumina dum saturat, mens perit ita fame.
Vest a quibus ratibus longinque marmorata terra:
Vnde frequens flavi pura nitela Tagi?
Huc Cyprum, huc Teme:sum, huc Arabos, huc serica dices,
Sedibus eualsa huc Indica regna suis.
Cum gemma bibitur, vincuntur necare gemma.
Sed lingue varius vincit utrumque nitor.
Nec Germana tamen vtiuetur Lipsia luxu:
As hunc Germanum Lipsia magna facit.

NYSSA.




ILESIA, cuius vniuersitatem latitudo trium, longitudo sex dierum iter patet, Polonici olim regni pars fuit; ante ducentos ferè annos Bohemia adiuncta, cuius rex ditionem hanc beneficiariæ clientelæ seu feudi nomine à S. R. I agnoscit ac tenet. Præcipuum in ea emporium & metropolis est Vratislavia; Episcopalem sedem ac cathedralm Nyssa habet ad cognominem fluuium sita ciuitas; quam Casimirum I. Polonia regem Vratislauia instituisse nonnulli scribunt: qui regia ortus familia, Religioso Cluniacæsum Ordini nomen dederat: quum verò è regia stirpe nemo præter ipsum superesset, Pontificis venia ac dispensatione, ea conditione, ut singuli denarij in singula regni subditorum capita, excepta tamen nobilitate, Romam quotannis mitterentur, imperata, regno fuerat admotus. Sed verisimilius est, quod alii tradunt, primam Episcopalem sedem in Silezia à Miescone (qui etiam Miccislaus appellatur, & primus Poloniae Principum, ducta in matrimonio Bohemorum regis Boleslai filia Christianam fidem amplexus est) Smogrzë vilis nunc pago constitutam, inde Bitinam in Brigenzi territorio, ac tandem Vratislauiam, ab prædicto Casimiro translatam, & insula illa, quam circumfluens Odera facit, dotatam. Ipsa quidem Nyssensis ciuitas mediocri est amplitudine ac nitore, ameno loco, fertili, & ad commercia ob Nyssam fluuium (qui è Bohemicis ortus montibus, & Gorlitiani præterlapsus, infra Crossam Oderæ comilicetur) opportuno sita. Episcopatum hodie tenet Serenissimus Princeps Carolus Austriae Archidux Ferdinandi coronati Bohemorum Regis & Leopoldi, Argentinensis & Passauiensis Episcopi, &c. frater: qui vt bono publico diu superstes sit, Deum precamur. Princeps Carolo, landatissima memorie, in Hispania, quò ad Lusitanias regnum administrandum à Rege vocatus fuerat, defuncto, ciuitas hæc sub obedientia Austriacorum Archiducum fideliter permanit, donec Saxonias Electore ad Suecorum partes inclinante, eiusq; Marefallo Arnimio totam Silesiam armis peruvante, Nyssam, quum ad resistendum imparem se videret, 10. Septembris anno 1632. cum multis aliis oppidis totius regionis & ipsa deditioinem fecit. Sed non multo post Cæsaranei reuersi iterum portiti sunt: vnde facile est colligere quantum misera ciuitas interea passa sit.

LIGNICIVM.

LIGNICIENSIS oppidi primordia iuxta cum omnium ferè totius Silesia initij ignorantur; quod nec è vestigijs ac monumentis, nec vetustis Annalibus, hostilium vastationum & incendiorum frequentia absumpjis, quidquam certi erui aut inuestigari possit. Initium tamen cum multis aliis Silesia ciuitatibus, Vratislavia, Glogouia, &c. circa annum XLVIII. cepisse, nonnulli coniectura ducti affirmant. Alii, in quibus Munsterus, à Boleslao Polonæ ac Silesia Duce, circa annum MCXC. ædificatam volunt. Quidquid sit, oppidum est natura potius quam operibus munitum: vnde Ducatus Lignicensis totius regionis maximè potens denominatur: præter quem complures alii tam in vtrique Lusatia, quam Silesia hodie numerantur. Ducatus huius possesso, Friderico Duce Anno MDXCVI, sine liberis defuncto, ad loachimum Brige Ducem deuoluta est.






MARIAE BERGA.

DE CENS hæc est ciuitas superiori sæculo circiter annum Christi MDXIX. ab Henrico Saxoniae Duce condì cœpta. Sita est in montanis Misniæ, loco per amœno & omnium rerum ad vitæ sustentationem necessariarum, vino excepto, per quam fertili. Plani, atque etiam molliculi colles aruis & hortis sunt consiti; in montibus numerosi domesticorum animalium, ouium in primis greges pascuntur. Copiosam ferarum venationem propinqua Bohemica seu Hercynia sylua suppeditat. Plateæ urbis nitidæ omnes, ut & ipsæ domus, & ad normam velut & amissim directæ. Templum valde splendidum, vti & Curia seu Senatoria domus. Ciues opulentí, nec minus humani. Dites circa oppidū sunt argentifodinæ; quæ initiu quoq; ei & splendorem dederunt, vti & propinquis Misniæ ciuitatibus, inter quas Friberga (quæ huic ad Septemtriones) siue amplitudinem urbis ac ciuium multitudinem, siue ædificiorum elegantiam, siue opes speætes, nulli ferè totius regionis concedit. Ceterùm quum tam hæc vtraque quām multæ aliæ Misniæ ciuitates & cunabula & incrementa sua metallorū, argenti in primis deb eant fodinis, non abs re fortè erit primam earum, in hac quidem regione, inuenitionem paucis indicare. Aiunt verò aurigam quendam, dum currum sale onustum in Bohemiā veheret, in orbita frustulum plumbaginis seu galenæ reperisse: quod cùm ille Goslarie ostendisset, rerumque metallicarum periti multò plus illud quām ullum aliud argenti habere deprehendissent, certatim ad hæc loca magna fossorum multitudo se contulit, ubi Friberga, Mariæberga, aliæque ciuitates ex miro argenti & æris prouentu partim de nouo ædificatae, partim maiorem in modum amplificatae sunt. Inter alias argentifodinas una est Aberthana nomine, raro fortunæ casu inuenta. Habitabat in sylua illa fossor pauperculus, armenta heri sui pascens. Is dum scrobē effodit, in qua vasa aliquot laetæ plena reponeret, metallica vena fortè aperta, puras aliquot argenti micas inuenit: qua re lætus, præfectum adit, & ius fodinæ à se repartæ, vti leges habent, dari sibi petit. Etsi verò spes ingentis inde prouentus minimè vana fuit; primus tamen annus tantas impensas absumpsit, vt toto eo vertente, nullius ferè partis possessio apud pristinos dominos permanserit, & misellus ille, qui initio Herculem tam propitium habuerat, & spem futuri prouentus, & ipsum quoque argentum omne, quod è scenicis illis, vt ita dicam, opibus redemerat, (nihil enim præter aspectum habuit) decoxerit. Hodie quidem Saxoniæ Duces è Misnicis his montibus magnam argenti vim cogunt, non tamen tantam quantam olim, quum Albertus Dux in fodinam S. Georgij, quæ est in Niuali monte, cum familiaribus suis descendens, pro mensa argenteam in usitatæ magnitudinis laminam ibi effossem, in sterni sibi curauit, atque inter epulandum, Amici, inquit, non quidem nego, Fridericum Imperatorem potentissimum esse dominum ac Monarcham; verùm illud affirmare ausim, hodie illum quidem tali mensa non vti. Quæ propterea annexere visum, vt intelligatur qua occasione Misnici illi monte tanto studio excoli cœperint, & ex eorum intimis visceribus tam præclaræ atque opulentæ ciuitates, inter quas & Mariæberga nostra est, veluti pullularint.

MARIENBERG MISNIA
CIVITAS

A. Praetorium.
B. Ecclesia Purchialis.
C. Officium metallorum.
D. Via Pragam ducens.
E. Pace flua Hercynica.





PENICA SAXONIAE

OPPIDVM.



IX trecenti anni sunt, quum totus hic locus vbi Penicense oppidum iam situm est, syluis & arbustis fuit consitus, ac latrociniis valde infamis, priusquam Fridericus Misniae Marchio, cognomento Audax, destructis latronum receptaculis captiisque eorum ducibus, itinera omnia tuta reddidisset. Situm vero hoc oppidum est ad Muldam fluuium, eo loco olim ignobilis fuit pagus, eique appositum templum siue facellum B. Virginis Deipari dicatum, ad quod etiam ex remotis valde locis frequentes peregrinationes religionis ergo suscipiebantur, ac vota soluebantur. Quum ergo in tanto hominum concursu vicinis spes lucri affulgeret; pauci initio qui peregrinis res necessarias præberent, domicilia sibi eo loco construxerunt: cuius opportunitate pluribus deinde allectis, templo multo angustius factum, domus vicatim dispositæ, & in oppidi formam, muro tandem circumducto, redactæ sunt. Turrim anno M. CCCC. LXXVI. templum vero anno M. CCCC. XCIX. exædificatum; Consules deinde ad senatum anno M. CCCC. V. institutum Dresserus scribit. Primi oppidi conditores Marchiones Lisnenses feruntur, in quorum ditione idem ad annum usque M. D. XXXVI. permansit. Pons lapideus ex stipe à peregrinis religionis ergo venientibus collata exstructus est, ad euitanda pericula & impedimenta, quæ interdum fluuij inundatio obiiciebat. Extra oppidum rupes est, inque ea multi specus, miris anfractibus inter se peruii, in quibus tamquam cellis multa dolia optimæ cereuisiæ plena condita seruantur, & æstate recens inde ac frigidus depromitur potus Figulinam ciues non pauci exercent, variis generis ollas mira arte extronantes. Aliunt unam hic tantæ magnitudinis fuisse, ut tres vini cados ceperit. In hanc quum quidam Saxoniæ Dux per scalas se dimisisset, nec per scalas rursus vellet exscendere, ollam confregit, sibiique facilem hoc modo exitum fecit. Lisnenses Comites arcem olim hoc loco habuisse, vero non est absimile, quorum prosapia circa annum M. D. XXXVIII. extincta, ditione eorum in Saxoniæ Ducum ac Marchionum Misniae, primum Georgij, deinde Henrici, ac tandem Mauritiij potestatem venit. Sed hic anno M. D. XLIII. cum Baronum Schonbergiorum familia quorundam locorum permutationem instituit, hoc oppido pro Honstæno arce ac pagis quibusdam ad Albitum sitis eis concessio. Ex dicta familia tum quatuor fratres impuberi adhuc ætate erant superiores, Ioannes scilicet, Ernestus, Georgius, & Wolfgangus: quorum bona tutelæ nomine administrabant Ioannes Georgius Comes Mansfeldius,

Christophorus Henricus Comes Stolbergensis, & Ludouicus Fachius Iurisconsultus: qui tanto Principi rem tanto studio expeditam minime denegandam censuerunt.


Septentrio.

PENIGK
MISNIAE OPPIDVM.



- A. Der weg auf Leitzig.
B. Das Schloß.
C. Pfar kloster.
D. Mulda flaminus.

Dixit et Communicauit
Georgius Houfnagelius
Delineatum a filio a. 1617.



VIENNA:

Imis longe profecto eunt, & quasi nodum in scipo querunt, qui tam regionum quam urbium
 Nomina à peregrinis vocibus misere confractis & lanicatis deruant, etiam quando propria
 ora magisque verisimilia in promptu sunt. Idem ego innobilissima huius urbis appellatio
 ni euensis existim: quam nonnullimis Antiquarij Vendum primum à Venedorum terri
 torio, inde Flavianam seu Castra Flavia, vel Fabiana, ut Ottoni Frisingensi placet; ac tandem
 & mutatis & præcisis quibusdam litteris, pro Viana Viennam dictam volunt. Quanto simpli
 cius est, atque eriam, meo quidem iudicio, verisimilius, originem nominis à Vienna propinquuo
 fluvio deducere: quem constet non urbibus modo, sed & integris regionibus ab flumine ali
 quo inditas fuisse appellationes. Exempla producere, ut facile, ita, hoc quidem loco, minime est necessarium. Est
 vero Vienna non Austria modo totius Metropolis, sed etiam firmissimum uniterse Christianæ Republicæ con
 tra Turcas propugnaculum. Sita est ad Danubij ripam, in amoenissima planicie, ad instar pomarij, numerosis oppi
 dis & pagis, Neostadium usque, consita. Primum eius conditorem ignorari plerique produnt, nonnulli tamen ab
 Henrico I. Auaria Duce, urbem hanc è ruinis in quibus per quadragesimos annos fere iaceuerat, Anno M.C.LVIII.
 rursum excitata: & ab eodem Abbatiam Scotensem fundatam; pulcherrimæ insuper & amplissimæ Basilice S.
 Stephano consecrata: fundamenta iacta; ipsam vero turrim Anno M.CCC.demum ad fastigium perductam scri
 bunt. Hodie quidem ædificiorum splendore, firmitate in cœnium, opibus rerum omnium, ob vicini foli fertilitatem,
 abundantia, paucis Germania verbibus cedit. Liberis olim Romani Imperij ciuitatibus à Friderico II. Imperatore,
 qui cum Conrado filio Romanorum rege totum trimestre hic exegerat, adcripta, & imperii insignibus, Aquila
 nimiri coronata bicipiti, in campo nigro, donata fuit: qua tamen immunitate vix quadriennio frui potuit, in
 Austriacorum ditionem reuersa. Non multo post, Anno seculi M.CC.LXXV. Rudolphus Habsburgius Imperator
 Viennam obsedit, quam vna cum tota Austria, Stiria, & Carinthia Interregni tempore Ottocarus Bohemia Rex
 sua ditionis fecerat. Er licet Ottocarus obessa urbi supperbias ferre omnibus virtibus conaretur, repulsus tamen, satis
 habuit, si Austria, Stiria, & Carinthia Imperio restitutis, Bohemiam & Morauam beneficij clientelaris nomine re
 teneret. Sic Imperator Albertus filius, ante Imperij inua Austria vicarium ad Archiducalem dignitatem exiuit, inde
 amplissimarum prouinciarum & regnum accessionibus aucta Serenissima hæc familia, meliorem, certe mai
 rem orbis terrarum partem suo complexa imperio, ad eam quam hodie videmus & veneramus, magnitudinem ac
 potentiam exireuit. Academiam Fridericus II. Imperator primum ad Romanæ & Parisiensis formam instituit An
 no M.CC.XXXVII. ab Alberto II. Archiduce postea Anno M. CCC. LXVI. renouatam, à Rudolpho vero, qui
 Quartus in Archiducum serie numeratur, plurimum auctam & locupleratam: Anno denique M. CCC. LXXXIV.
 Illi intercessione ab Urbano Pontifice confirmata. Maturæ sane Euangeli lumen vrbi huic illuxit, vt pote Anno
 CC.XL.VII. ab Eleutherio, vel Euthario, ut alij appellant, prædicari ibi coeptum. Sunt qui episcopatum ibidem Anno
 CCCC. LXVI. institutum volunt, primumque Episcopum faciunt Martinum; secundum, Marianum; tertium;
 Lucillum. Inde Longobardorum incursionibus vnâ cum Episcopatu vastata & deleta omnia. Etsi vero paullatim
 è tantis quas à barbaris perpesta fuerat, cladibus vrbs ista recreari, multisque Ecclesijs ac Religioforum domibus
 exornari coepit. Episcopatus tamen sero admodum, Anno videlicet M. CCCC. LXXX. restitutus fuit à Friderico
 IV. Imperatore, qui noua instituta Präpositura, veterem in Episcopatum annuente Pontifice, murauit. Sancti Ru
 perti Iuuauiensis templum vetustate inclutu[m] à Cunaldo & Gisalario, huc ab eodem Episcopo ad Auarum con
 versionem missis, excitat[ur] fertur, circa annum D.C.XL. quod ruinosum ante annos plus minus CC L. Engelber
 tus ab Auspergesarciri curauit. S. Petro sacram ædem Carolus magnus, suis vietiisque Hunnis, circa annum, vt
 quidam putant, DCCXVI. exstruxit, eique Theodoricum Episcopum præposuit. De Abbatia Scotensis, & Sancti
 Stephanii Basilicae erectione supra diximus, Carmelitarum Coenobium Rudolphus IV. cognomento Magnanus
 condidit, & B. semper virginis honori confecravit, in quo hodie patres Societatis Iesu & diuina mysteria colunt, &
 bonas literas docent. Templum michaeli Archangelo dicatum Otto & Rudolphus, Alberti I. Impe. filij, è facelli
 angustijs ad Parœcœ dignitatem euexere, à S. P. Q. V. varijs ornamentijs ac donis postea audactum. Monasterium
 S. Crucis, Minoritarum Ordinis, ab Ottocaro Bohemia Regem, vnâ cumeius Preceptor, ac
 postea Cancellario, Andrea Blanco, fundatore agnoscit. S. Mariz Rotunda Ecclesiam Anno M. C. LXXXVI.
 Leopoldus V. Austria Dux in vnum Templariorum construxit: idem vero hodie à Religiosis Dominicani Ordinis
 habitatur. Augustinianorum Monasterium Ottonis I. cognomento Mirabilis opus est, Anno M.CCC.XIX. con
 structum. Idem biennio ante vnâ cum fratre suo Friderico, virginibus Deodatis Coenobium posuerat, Laurentia
 num dictum. Ad coeli portas Monasterium, M. Gerardi primi ad S. Stephanum Parochi liberalitati debetur, Anno
 M.D.C.LXVII. conditum, Sancti Iacobi, honesta Marrona Kulberin nomine inchoauit, Daretij nobiles Carinthij
 perleccere. Sancti Hieronymi, olim resipiscientibus foemini, nunc Franciscanis attributum, Conradus Hallerus Con
 sul Viennensis exstruxit Anno M.CCCC.XXIV. S. Maria ad litus, ut & S. Saluatoris sacellum Passauenses excitarunt
 Episcopi. Q[uo]d omnia quanta olim tam Principum quam ciuium fuerit pietas & religio facile testantur. Quid ego
 de profanis dicam ædificijs? Arce, inquam, Regia, quam Burgum appellant; Curia ciuium per quam magnifica; vallo
 præalto & firmo inuictis propugnaculis, fossis profundis, Prochotrophis, Nosocomijs ædificijs, vel palatijs potius
 publicis priuatisque, insana structura quæ infra terram depresso, qua supra elatis. Accedunt tam multitudi[us] quam
 opes



1. Templum de Stephani.
 2. Tempel S. Michaelis.
 3. Templum S. Petri.
 4. Ad Titus S. Marce.
 5. Ad S. Crisost.
 6. Ad Sororij.
 7. Ad S. Augustin.
 8. Ad Predicatorum.
 9. S. Dorothea.
 10. S. Hieronymi.
 11. S. Maria ad Angelos.
 12. S. Iacobi.
 13. S. Laurentii.

14. Ad Portum Cel.
 15. Natura Vrbana. S. Clare.
 16. S. Barbara Baptista.
 17. S. Nichola.
 18. S. Maria Magdalene.
 19. Templum S. Iesu.
 20. Ad. S. Salvatorum.
 21. S. Georgii.
 22. S. Ruberti.
 23. S. Anna.
 24. Rubra Turria.
 25. Propugnaculum Cisterciens.
 26. Antiquum Arsenale.

27. Propugnaculum Cister.
 28. B. P. S. Georgii.
 29. B. P. S. Georgii.
 30. Pro-Carolinum.
 31. Pro-Ecclesiast.
 32. Pro-Catholico.
 33. Pro-Melioris.
 34. Porta Sotensis.
 35. Pro-Sobor.
 36. Porta Nove.
 37. Pro-Porta Nove.
 38. Ad. Cestorum.
 39. Ad. Nove.

40. Hophale Cisticum.
 41. Epulae Cestorum.
 42. Domus Penitentia.
 43. Vales stas.
 44. Domus Sotentura Cisticum.
 45. Ad. Epulorum.
 46. Arsenale.
 47. Arsenale Cisticum.
 48. Cava Malpucum.
 49. Arsenale Cestorum militum.
 50. Domus Portaria.
 51. Domus Portoria.
 52. Porta Poloniana.

53. Pons Alius.
 54. Locus Sandatis.
 55. Antiquum Sphyristerium.
 56. Forum matris Fejsa dictum.
 57. Forum alatum.
 58. Forum regum.
 59. Cava apud Cisticum.
 60. Area Iudeorum.
 61. Forum Holcicum.
 62. Forum arachicum.
 63. Forum Piscatorum.
 64. Pons Danubie.
 65. Ad. Sacrae Piscator.

66. Forum Barium.
 67. Forum Fluminarium.
 68. Hophale Stechonal dict.
 69. Warting.
 70. Mons Viennae.
 71. Mons Supplio.
 72. Mons Tauric.
 73. Mons Magarum.
 74. Tauri Cantua.
 75. Guntorifium.
 76. Quatiborium.
 77. S. Hulder.
 78. Ad. Capuccinos.

op̄es ciuium, eorundem comitas, urbana, elegancia in cultu, vietū & moribus singularis: qua h̄ die quæ exteri, quorquot cō veniunt, admirantur. Veniunt autem cō fere innumeris, ob commerciorum frequentiam. E Germania per Danubium ferrum atque omni generis ferrea vasa atque instrumenta, frumenta, vestes couchuntur. Ex Italia vina exotica, panni, lana & serico, & var̄ i fructus transmarini. E contra hinc ad exteris, aurum, argentum, viuum succinum, pix, & plurimæ alia merces exportantur, magno cum Principis & ciuium emolumento. Iam ut r̄cum ibi gentiarum historiam non nihil, quali obite attingamus, prater frequentes, quas à Barbaris, Longobardis, Gothis, Gepidis, Avaribus, Herulis, Rugijs perpessa est, direptiones, multis cladibus Vienna, etiam postquam in meliorem statum restituta est, vexata fuit atque affl. &c. Friderico Babenbergens familiâ Comite penultimo, Anno M.CC. CLII. à Rudolpho I. Hab. purgij Imperatore, vt supra diximus, Anno M. CC. LXXII. à Mathia Coruino Hungariae Rege anno M. CCCC LXXVII. expugnata. Eadem Friderico III. Imperatore & Alberto fratribus inter se dissidentibus, multis ac sauis procellis fuit exagitata. Vt de incendiis nihil dicam, quibus ultra quinque fecundum in modum fuit deformata. Sed nihil memorabilius est quam quod vna haec ciuitas vniuersas Solymanni Turcarum tyranni vires & sustinuit & fregit. Ouum enim is ingenti exercitu, in quo trecenta armatorum millia fuisse dicuntur, Anno M.D. XXIX, die xii. Septembri Viennam obsidisset & per continua tormentorum verberatione & suffosionibus deiectos muros, ultra viicies irruptionem tentasset, iam ciuitum quam praefidariotum virtute semper repulsus, tandem multis amissis millibus, obsidionem soluere, & re infecta discedere coactus est, quo quidem tempore urbem vrbem hanc vniuersæ Germaniae salutis fuisse, negari non potes. Infaustus admodum eidem urbi fuit dies vii. Septembr. Anni M.D. XC. quo die circiter horam quintam vespertinam tam gravis terramoto exstirps, vt templum Abbatia Scotensis ipsiusque adeo altare quasi medium dissecuerit ac postrauerit, turrim Sancti Seb. hanc crenulat, eam vero quæ pone hospitium aureo sole insignitum, non procul à Rubra porta steterat, plane deiecerit, cuius ruina in dicto hospitio nouem homines & duo equi sacerdotum obtriti. Certe vix villum tota in urbe fuit adificium, in quo rima aliqua non apparuit. Non partem incommodi vrbs h̄c accepit, certe in magno periculo fuit Anno. 1619 quum 6. Junij ei oppugnanda Henricus Matthias Comes à Turra Bohemiorum Statuum tum Imperatori rebellantium copiarum ductor, exercitum admouisset, iamque suburbium occupasset. Altero die post, Austria Ordines qui Viennæ tum erat, milles ad Comitem legatis, Merari se, dixerunt, ecquam ob cauam vībem nihil mal de se meritam oppugnaret? Respondit ille, Multo magis se mirari quod isthuc interrogarent, quum tamen scirent, Hungaros per Austriam in Bohemiam immisso: qui plus quam hosti litero in regno grassati sint. Post aliquot dierum obsidionem, idem re infecta discessit. Eodem Anno, mense Novembri Hungari Bohemis fauentes, itidem ad vienam usq; excurrerunt, tamque prope moenia subierunt vt etiam minoribus tormentis impetrarentur: sed Casariano milite in Bohemia grassante, & ipsi frustrè fuerunt, Anno 1626. Aprilis die 15. dum Archidux Leopoldus Oeniponte nuprias celebrat formidabile incendium in foro frumentario ante portam Carinthiam incuria & ebrietate operarij cuiusdam exortum, vrbem ingenti terrore implevit, & quasi momento temporis 30. domos absursum fuit: quod damnum 200000. florenorum estimatum fuit. De Vienna sic Scaliger:

Affice, barbaricæ que propugnacula bellis,
Quæstet fulmineis machina torua pilis;
Aduerfus spurium que fortia petora Turcam
Apparet intrepida Norica dextra fide,
Illa igitur validis assultibus irrita fudit
Prælia, quæ capto fecerat hostis agro.
Quinetiam patri demissis turbine cœli
Auxilijs, largo perpluit imbre polus.
Qualia regna putes, numen quibus excubat ipsum?
Nonne Dei est pro quo pugnat & ipse Deus?

EISENSTADIVM.



ISENSTADIVM (*Σιδηρόπολις* Græce, Latine *Ferricuitatum* dicas) non ignobilis est in ultimis finibus Austriae inferioris ciuitas, inter Leyttam fluuium, qui Austria ab Hungaria separat, & lacum Neofidliensem sita, solo admodum fertili, cuius benignitas & pabulum pecori, & Ceteris & Bacchi dona hominibus affatim subministrat. Nec sylua defunt, & lignationi & venationi percommoda. Arcem habet sati amplam ac solenidam, colliculo aliquantum supra ciuitatem assurgentem impositam. Germanorum lingua & mores hic fere adhuc in vno sunt. Tanto maior eius censenda est felicitas, quanto minus eius memoria superiorum bellorum celebratur historijs. Qua vtinam cum tota Christiana Republica, & ijs maxime regionibus quæ barbari hostis ditioni vicinx, & excursionibus eiusdem obnoxiae sunt, eternum, Dei immortalis beneficio, vtatur fruatur.

MANERSDORFIVM.

DOCES huius nominis in Austria Archiducatu sunt oppida. Vnum (quod tam pagus potius) inter Fanum S. Hippolyti & Tulnam ciuitates: alterum itidem vti Eisenstadium, inter Leittam fluuium & Neofidliensem lacum, paullo superius septentriones versus, in extremis Inferioris Austriae & Hungariae confinibus situm: cuius figuram vna cum circumiecta regione, praesens tabella exhibet. Oppidum ipsum in planicie iacet; & præcipue thermis seu balneis a quarum calidarum ac salubrium celebratur. Ad Austrialem plagam mons in mediocrem altitudinem attolitur, vnde amoenissimus longe lateque patet prospectus. Hinc enim immensa quasi totius territorij Viennensis, eademque vni ac frumenti, interierit nonnulli syluulis quibuldam & dumetis venationi opportunis, feracissima planities, à sinistra & Occidentali plaga Stiria, à dextra vero & Orientali Hungariae alpium inclusa radicibus, ciuitatibus, oppidis, arcibus tam Principis quam Nobilium pagisque quam plurimi, ad sinistram maxime partem, quaquamversum & ubique ad miraculum referata, oculis subiectur planities. Quin etiam sudo celo prospectus ad Viennam usque patet. hinc ad laudem mons Comagenus cum arce (Calenberg vulgo dictus) celso assurgit fastigio, inde continua quasi serie oppida plurima ad radices preditorum montium se se consequuntur, inter quæ præcipua sunt, Rodaunum, Petersdorffum, Brauna, Lichtenstænum arx, Medlinga oppidum, Compolskirchen oppidum, ciuitas Badensis: tum Manersdorfio ab eadem parte aliquanto propiores: Treskirchen oppidum, Laxenburgum arx Venatoria, & Himbergum oppidum. Totum hunc tractum, quo vix illius vel ad voluptatem amoenior, vel ad fructum superior reperitur, Turcae Viennam M.D.XXIX, obsidentes, miserum in modum vastrarunt, incensis oppidis & pagis, vastratis agris, & multis animarum millibus in morte tristiore seruitum abductis. Quin etiam Anno M.D. LXXVIII. Turcae, excursione facta, Medlingam vi expugnarunt, & quacumque transiere, inaudita horribilis sauitæ exempla ediderunt, non impune tamen, quum multi eorum à Croatia & Stiria incolis magno numero interim congregatis, oppressi, scelerum suorum meritas lucerint poenas.



Communicauit Georgius Houfnaglus

depictum à filio Iacobo anno 1617.



Meridies

MANNERSDORFUM, oppidum in extremo confinibus Inferioris Austrie et Hungariae sicut Ternis fuit balneis aquarum calidiarum ac salubrium preclarum. Ex hoc monz per aliquot miliares patet admirabilis similitudine vini ac frumenti feracissima planities tunc territory Viennae, a sinistra ac Occidentale parte inclusa indecibus alpinis Stiria, & a dextro et Orientali, montibus Hungariae Cintaturibus, oppida, nobilium arboris, pagi infinitus, quaqueaerum et viva pila, quorum aliavut nomina hic fabriuaptur.

A. Coitiae Badofia. B. Tyskichen oppidum. C. Compelkirchen opp. D. Meligen opp.
E. Laxenburg arc venatoria. F. Lichtenstein arc. G. Braun opp. H. Peterfärch opp.
I. Radens opp. K. Humberg opp. L. Calenberch. N. VIENNA. O. Völkermarkt opp.

ORT

L A V R E A C V M

vulgò, Ens.




MPLISSIMA quondam hæc vrbs fuit Romanorum Colonia, *e Aureiana Laureacensis cognomine*, vbi non legiones modò, sed etiam ipsi Imperatores statua habuerunt. Ad ostium vsque Anisij fluuij, non procul inde ex Alpibus in Danubium effluentis, pomœria eius olim se extendisse, vestigia & signa adhuc testantur: nunc è tantæ vrbis à Gothis & Hunnis non semel vastatæ ruinis exiguum reliquum est oppidum: quod cum fortuna nomen quoque mutauit, idque cum præterfluente communè habet. Oppidum ipsum paullò editiore loco situm fluuium despicit: tribus maximè insignibus structuris conspicuum est. Curia seu domo Senatoria, quæ vmbilicum tenet; Arce & Templo Parochiali, quæ vtrique latèrī prætenduntur. Hic fluuij alueus diuisus paruam efficit insulam, pacendis pecoribus idoneam; copiofum piscatum suppeditans, piscibus scilicet è vicino Danubio cateruatim ascendentibus. Extra oppidum non procul ab ostio, quo in Danubium Anisus se euoluit, in colle quodam antiqui, vt appareat, castri fundamenta visuntur, & ingentia saxa quadrata: inter quæ templum summæ vetustatis, à Christianis olim exstructum, adhuc extat, sed planè profanatum ac tuinosum. Huius parietibus inserta sunt quædam saxa, cum sculpturis antiquis. In stylis portæ lapideis quadratis templi videtur chcrus bacchantium Satyrorum ac Nymphaeum: è quibus Satyrus vñus tibias, alijs subsilientibus, inflat; Nymphæ his intermisæ crotala pulsant, & tripudiant. Inter alia, quæ pleraque deleuit vetustatis iniuria, faxo quadrato cernebatur insculpta Europa, tauro natanti insidens, & cornu alternum sinistra tenens: stolata ad pedes vsque, dexteræ prehendens velum, quod capiti eius, corniculata lunæ forma, circumvolitat. Fluuij hodie quām oppidi celebrius nomen est, vt cuius, Austria transuersim intersecantis, cursu Austria vniuersa in duplicem regionem, eam scilicet quæ supra, & eam quæ infra est Anisum, diuiditur. Pascuis tam, aruis, & fructibus varij generis felix solum colonos vbertim alit; accedente etiam vtriusque fluminis ad multas res opportuni vicinitate. Episcopatum olim hic fuisse illud argumento est, quod Ernestus circa annum Christi M.LXX. quæstoriām Præfecturam (*Kastuogtey Germani vocant*) tam Laureacensis quām Passauiensis Dioecesios adeptus, & Prior Romani Imperij appellatus legitur, illo quoque priuilegio concessō, vt quacunque intra Imperij fines iter faceret, nudum gladium & vexillum præferri ipsi liceret, Episcopatum verò hunc Passauum postea translatum esse, Lazius tradit.

ENS
AVSTRIAECIVITAS
Superiore ab inferiore diuidens.



Commonacau Giorgius Hofnagelius
depilatum a filio Iacobo anno 1617



FANVM S. HIPPOLYTI,

vulgò *Sanpolten*



Legans hoc est inferioris Austriae oppidū n., ad Drasam fluvium situm. De origine eius nihil reperio: è nomine vero non inepit quis coniçiat, olim fanum hic fuisse S. Hippolyto dicatum, ad quod tandem aggregantibus se ciuibus, oppidum fuerit exstructum, vt in multis alijs factum. Solum habet perbenignum, tam aruis quam horris mirifice excutum. Tam ædium quam reliquias oppidi ornatus intra mediocritatem consistit. Nuper admodum, nimurum Anno M. D. XCVII. nobilitari cœpit, quo rusticana huīus tractus plebs, continuis tributis grauati se & exhausti caussata, primū secretas coitiones fecit, mox animaduersa idem sentientium multitudine, in apertam seditionem erupit, atque arma cepit, ductore quodam Georgio Brunnero, sartore. Hi tripartitis ordinibus perugati in verba sua omnes adiungunt: eos qui sacramentum dixissent, edere cogunt omnia grauamina, quibus à dominis contra ius falque premi se existimarent, vt in literas relata & consignata, ad supremum magistratum, Imperatoriam scilicet Maestatem mitterentur. Licet autem verbis eidem omnem promitterent obediātiā, facta tamen ipso forum ab omni humanitate, & quæ magistrati debet reuerentia, valde abhorrebat. Nec enim contenti minas iacere, arma ostentare, eorumque metu sedibus suis dominos ejercere; nonnulli etiam magna dignitate viris manus & vincula iniijcere non dubitarunt. Ad eorum furorem vel pacifica tractatione sistendum, vel armis compescendum nomine Cæsareæ Maestatis missi sunt, qui cum ipsis agerent: sed vel responso non quale voluerant accepto, vel promissis non sat, aut suorum numero nimis confisi, non modò in malè cœpta rebellione perfiterunt, verum etiam quotidie plures ad se aggregando, vicos & arces occupando, vterius sunt progressi. Non tamen eadem fuit omnium pertinacia, idemque furor. Qui enim supra Bohemicam syluam habitant, quamquam & ipsi tumultu omnia miscuissent, admoniti ramen, vt dum ad veniam receptus esset, resipiscerent, armis positis, ad sua quisque reuersti, quiescendum sibi statuerunt. Reliqui Cisdanubiani eti spem fecerant nihil amplius molituros, seditionem tamen multò maioribus quam antea viribus redintegrarunt. Eorum circiter quingenitos Colonitius ad Graueneccam concidit, pagum Straßam incendit: in quo incendio multi cum liberis & vxoribus perierunt. Hac clade partim fracti, partim maiora mala veriti, partim etiam Cæsareorum Legatorum verbis deliniti, & culpam suam profelli & deprecati sunt; nihil etiam post hac moturos iureiurando se obstrinxerunt. Non diu post, nullis prouocatis iniurijs, sed fatali quadam insania abrepti, ad multa millia iterum concurrunt, tormenta & quidquid ad bellicum pertinet apparatum, conquirunt. Pulcam vicem dedi sibi poscunt, Lillefeldam Monachorum cœnobium spoliant: oppido denique Sanpoltano exercitum admovent; ciues monent, ne amicos & nihil hostile cogitantes exclaudant, non contra Cæsaream Maestatem, supremum suum magistratum, arma se ferre: èo tantum impetrare, vt iustitia sartateca conseruetur. Oppidanī vt moram aliquam interponerent, deliberaturos se, conuocatis ciuibus, quid factō opus sit, respondent. Paulò post redēunt seditionis legati ijsdem cum mandatis, quibus illud tantum responsum est: Non satis conuenire inter ciues ea de re qua de ageretur: ceterum melius facturos, si armis positis domum quisque properarent. Hoc responso irritati, vi oppugnare oppidum decreuerunt; contra quam interea oppidanī diligenter se comparauerant. Dum ad mœnia desident seditionis; nocte intempesta Comes à Turri cum paucis equitibus inuectus, castra tumultus & terroris impleuit. Pauefacti igitur, magnam adesse hostium rati multitudinem, ante lucem vaſa colligunt, ac fugientibus similes discedunt. Tandem prudentiores intellecto errore suo, vt culpam quodammodo expiarent; seditionis auctores comprehendenterunt: quorum vnu ne viuus in magistratus veniret potestatem, cultro in ventrem adacto sibi ipse mortem conscient; reliqui diuersis supplicijs affecti, & crucibus affixi, temeritatis, vel potius impietatis sua graues quidem, sed meritas poenas lucrunt.

A. Drahn flumen.

B. Rathaus.

C. Pfarrkirch.

D. Die Aptey.

S. POLID

vulgo

SANPOLTEN.

INFERIORIS AVSTRIÆ CIVITAS.

Communicavit Georgius Houfnaglus
delineatione a filio Iacobo 1581.



In hoc colle castrumata sunt coniurati, et rebelleri Ruthici
Austriæ, anno 97. et 98. Quorum ductores & perduel-
lantis aut toros, eam ob causam in eodem loco dueris
affeciti supplicijs, alijs exemplo, crucibus affixi sunt?

Ocoidens.


ZASLAVIA.

DE ciuitatis huius, vti & plerarumque aliarum, origine, minus nihilo in Bohemicis, qui quidem in lucem prodierunt, reperitur in Annalibus. De rebus quoq; ab ea vel ad eam gestis pauca scripta extant. Sita est loco campiftri, tribus circiter milliariis à Cuthna, argentifodinis celebratissima ciuitate, è quibus etiam non pauca monolumenta ad vicinos Zaflauenses redundant. Sed & olim damna inde & pericula non leuia sensit, Hungaris, de populata Morauiâ, magno numero in Bohemiam sâpe effusis, & hac potissimum loca, prædæ, argenti maximè, cupiditate, aggrediens. Sed & Morauiâ non semel ad intercipiendos puteos (vt Dubrauius loquitur) venis argenteis scatentes de improuiso venerunt; ac licet male habiti atque accepti fuerint, degustata tamen hac veluti loto, nec ignominiosa repulsa, neccæde absterrerri potuerunt, quin ad dulcem hunc fructum in Bohemia colligendum redire festinarent. Vnde frequentia ad Zaflauianâ & cruenta proelia commissa. Ac licet multis sâpe ac miserandis cladibus Bohemia fuerit afflita; nullas tamen maiores calamitates, quam à monstroso illo Husitarum duce (cuius & viui effigies & mortui se pulchrum in hac tabula delineatum, cernitur, in templo vero ipsam monumentum ostenditur) Zisca, inquam, sensit. Hic nobilis quidem genere, sed tenui censu (vtar Aeneæ Sylvij verbis) in curia Regis à puerò enutritus & bellis exercitatus, uno carens oculo, quem strenue pugnans amiserat, infectus Husitarum veneno & rapinarum auidus, collecta perditorum hominum multitudine in Ecclesiâ quæ restabant, impetum fecit, simulachra Sanctorum & imagines confregit, Monasterium Carthusiensium Pragæ vicinum inuasit, & directum incendit, tantis deinde tamq; continuis viatoris potitus est, vt Hussita coduce, nihil non auderent, nihilque difficile sibi arbitrarentur: è cuius schola deinde alij bellicosi duces, in primis Procopius ille cognomento Magnus, prodierunt. Quum ergo Zisca non Pragam modo, sacerdotis cuiusdam hæretici Rochizanæ artibus introductus, sed prope vniuersum Bohemiæ regnum in potestate sua quasi haberet: Sigismundus Rex clam eum sibi conciliare tentauit, oblatâ totius regni, vt & belli administratione, & ingenti auri pondere quotannis promisso, modo ad obsequium regis & ipse rediret, & ad obedientiam ciuitates ab subditos reduceret. Verum dum hæc tractantur, Zisca peste corruptus exspirauit; non tamen cum ipso bellum, quod lethale Bohemiæ vulnus inflixit, necedum sanatum. Testamentum fecit rebus gestis dignum. Iussit enim pellem cadaueri detrahi, atque ex ea tympanum fieri, & ante aciem pulsari: nec dubitare se, quin hostes, auditio eius sonitu, statim fugam atrepturi sint, quasi eadem vis illius foret, quæ Medusæ capitis, cuius aspectu homines in lapides vertebantur.

COMMODA.

CVÆ Zaflauiae adiuncta in hac tabula cernitur Comoda, non parui nominis ciuitas, ab ea, sisitum ipsum spectes, longè abest, quum' illa non procul à Morauiâ, hæc à Misnicis finibus prope absit, in campis patentibus, loco satis fertili sita. Hanc Misnicis præsidij firmatam, idein Zisca, de quo modo diximus, Pezina frustra oppugnata, petijit: eaque vi capta, non sine magna suorum cæde, populares cum sacerdotibus, & eisbus ligneis inclusos, frustra veniam petentes, exsuffit. Addit Dubrauius, ad tria millia ciuium, aduenarum, presbyterorum, Iudæorum ibi interfectos. Sauitum praterea à mulieribus Thaboritis in matresfamilias & puellas, quas promissa salute extra ciuitatem eductas, igne vinearum tugurijs iniecto, cremarunt. Hodie Socieras Iesu & iuuentum ibi summo cum fructu bonas literas docet; & errantes à fide Catholica reducere, & cæteros in obedientia S, Matris Ecclæsiæ continere satagit.






L A V N A.

PPIDVM hoc Bohemiam à quo vel quando conditum sit; vt & pleraque alia, Bohemica rum rerum scriptores non produnt. Situm est loco quidem plano, modicis tamen pa sim assurgente collibus. Ad Septentrionale eius latus Egra, celebris Bohemiae fluuius, praterlabens, quamuis à moenibus longius aliquanto absit, ciuibus tamen multa pra bea commoda, solum quum alia, tum triticum & poma omnis generis præstantissima producit, qua per totum regnum in delicijs habentur, nec frugibus modo, verum etiam pascuis ager mire secundus. Frequentissimum hac iter est Lipsiæ Pragam contendenti um: eoque ipsum oppidum moliti aliiquid epiuentibus valde opportunum. Certè Al bertus Imperator, quum Rudolphum filium, VVenceslao iuuenie admodum proditorum insidijs interfecto, procerum quorumdam suffragis regem electum accepisset; duobus comparatis exercitibus, ipse Launam oppidum à plaga Occidentali celeriter occupauit, dum filius ab Orientali, capta Sgladia, arma Bohemiae inferre: sicque Pragam versus uterque progressi, Henricum Carinthia Ducem competitorum, quamvis in regno esset, & regia etiam affinitate niteretur, nullo negotio cum vxore domum reuerti coegerunt. Id non ignorantes Hussita, superioribus motibus id in primis operam dederunt, vt oppidum hoc in sua haberent potestate. Nescio miserandum magis an ridiculum sit quod Dubrauius scribit libro XXIV. Thaboritas eo insaniae progressos, vt iamiam ultimum adesse diem affirmarint; impis quidem ad interitum, pijs autem, quales ipsi se esse fingeant, ad salutem. Saluari aurem non posse, ne pios quidem, nisi in quinque ciuitatibus, Pelsina nempe, Launa, Slana, Glattouia, Zatio. Primam Solem, secundam Lunam, tertiam Stellam, quartam Auroram, quintam Segor cognominabant. Qua superstitione magna eorum multitudo perculsa, dum Sigismundus Imperator ad Pragam obsidemus castra ponit, Zatio, Launa & Slana se se incluse rint, neque socijs (metuentes scilicet ne extra illas ciuitates progressi), terra hiatu absorberentur, vel cœli ruina opprimerentur) opem ferre audebat: donec à ductoribus quibusdam perfusi instrueto agmine Pragam profecti, atque intra moenia recepti, coniunctis viribus castra Imperatoris adorari decreuerunt; qui consilio eorum comperto, Boleslawiam retrocessit. Inde Gulielmus Lepus cum copijs quibusdam ad Slanam progreditur, & occupato colle proximo, dum singit inter Cæsarem & Pragenses paeata esse omnia, à ciuibus intromissus, eos in fidem Cæsaris adigit, oppidumque præsidio firmat; quo postea ipse quoque Imperator se recepit, nullo alio consilio quam vt vicinis Launensibus terrorem inde ostentaret: quod tamen multo felicius cessit. Dum enim Cæsariani: ad muros aliquanto propius accedunt; ciues nonnulli inuitis decurionibus portas aperiunt, se que & sua Cæsarii potestati dedunt. Quæ quidem res utrique ciuitati proculdubio salutis fuit.

S L A N A.

LANA oppidum medio fere itinere Launâ Pragam euntibus occurrit, nobilioribus totius regni merito annumerandum. A Sale nomen accepisse Dubrauius libro II. auctor est. Ait enim, Nezamislio, Primislai, eius qui primus Bohemiam Gynaco ratia, sub qua haec enus fuerat, liberauit, filio rerum potiente, pace per totum regnum constituta, spem salis, quo etiam non nisi importato vtitur Bohemia inueniendi affulsi: iamque venas salinarum aquarum apertas: vnde tam salis coquendi quam noui oppidi condendi gratia, magna hominum frequentia ad eum locum vnde confluxerit. Ceterum salis illos fontes breui tempore euanuisse, vel ipsis aquis sua sponte factis insipidis, vel hominum aliorum commodis inuidientium culpa. Zatienses enim mera inuidia stimulatos, Slanensisbus denunciasset, ne Salinas instituerent; quod si facere pergerent, nouum opus armata manu se ipsis nunciatiuros. Instituisse nihilominus operi Slanensis, & ex aduersariis secum congregatis, ultra centum interfecisse. AEgritudinem ex hac clade acceptam Zatienses totum annum dissimulasse: postea vero ex improviso oppressis, cæsis, ac fugatis Slanensisbus, Salinas omnes demolitos, ipsum etiam fontem immanni magnitudine axis ac lignis obstruxisse, ne qua eius in posterum instaurandi spes aut facultas superesset: tum oppidum quoque occupasse, colonis eò ex ciuitate sua, quæ nimia ciuium frequentia onerari videbatur, deductis. Quæ si vera sunt (nec sanc ego vel rei vel aucto rix fidem vellicare ausim) antiquitatem huius oppidum testantur, tam sua elegantia quam agri subiecti fertilitate atque amoenitate in primis commendati.





P O L N A.



IVITA hæc cum arce ita in Bohemiæ ac Morauiæ confinio est posita, ut oppidum quidem Morauiæ, arx vero Bohemiæ adscribatur. Tā hæc quam illud magnificis structuris exornatur. Qua Pragamitur, stagna aliquot sunt seu viuaria, vberem piscium copia in suppeditantia. Ager tam frugibus lignendis, quam alendis pecoribus, venationi in super & aucupio peropportunitus. Cæterum quum tam apud Historicos quam Geographicos Scriptores exilis, aut fere nulla oppidi huius, in ipso vtriusque regionis, vti diximus, confinio siti, fiat mentio; non iniucundum forte Lectori fuerit, paucis vtriusque coniunctionem in dicare. Ac primò, vide mihi sis, omnium rerum vicissitudinem; Nunc Bohemiæ, olim Morauiæ reges celebrati sunt. Ducatus tunc erat Bohemia; nunc Marchionatus Morauiæ. Huius tum Maiestati tam Bohemia quam Polonia assurgebant; nunc vtraque Regia dignitate effulgentes, Morauiam longe infra se despiciunt. Sed in eo felicior Morauiæ, quod prior Christianam fidem amplexa, eandem in Bohemiam transfudit, hac quidem occasione: Diuerterat ad Suantopolcum Morauiæ regem, qui à Methodio & Cyrillo persuasus, Christianam religionem iam amplexus fuerat, Boriuoris Bohemiæ Dux: venitque eo forte die & tempore ad regem salutandum, quo ille à sacrosanctæ Eucharistiae perceptione reuersus, mensa suæ accumbere parabat. Accepta igitur reddita que salute, rex, Ignoscas, inquit, Boheme hospes quod ad prandium hoc nostrum in presentiarum non inuitar. Nec enim fas est, nec iura Christiana sinunt, reuertenti à mensa Dei vini, eum coniuuam habere, qui mensa deorum mortuorum accumbere, deque illorum sacrificijs participare soleat. Proin si tibi nostra placent coniuicia, fac ut simul etiam placeat religio: ac tum demum noster eris, & valde optatus coniuina. Pupugerunt hæc animum Boriuorij: sed magis adhuc eidem de mutanda religione cogitationem iniecerunt honores ab Arnolpho Cæsare Suantopolco habitu, posteaquam Christiana religione fuit initiatus. Quum deinde accessissent SS. Methodij & Cyrilli instructiones atque exhortationes, Boriuorius Dei afflatus spiritu, perceptis aliquantum Christianæ fidei mysterijs, vnà cum magno clientum suorum numero salutari aqua fuit ablutus; deinde vxor quoque eius Ludmilla, & magna præterea Bohemorum multitudo vtriusque sexus ad baptismum quotidie adfluebat. Iam quomodo Moraici regni decusextinctum sit, paucis accipe. Suantopolco patri extinto, Suantopolcus filius successit: qui non satis habens Arnolpho Cæsari Nortmannis domandis intento, insultare, & per Noricum magno cum Cæsaris dedecore, prædas ferre, agere, rapere, etiam indignissimum in Methodium Præfule facinus designauit. Ad eum rex miserat ne prius sacra obiret, quam ille à venatione esset reuersus. Rege longiorem moram trahente, ac multitudine interim dilabi incipiente, Methodius, posthabito regis imperio, ad aram se recipit, sacraque more solemni administrat: quum ecce rex, turba venatorum canumque stipatus, in templum introrumpit, & ad aram cum ingenti strepitu, boatu ac latratu se applicat, ægre à violando Præfule manus continens: omnia tamen quæ in altari erant apposita, sacra profanaque disturbat & disiicit: Methodius non sui hunc, sed Dei contemtum interpretatus, in Bohemiam concessit, Deo vindictam permittens: quæ mox sequuta est. Imperator enim tanta & sanctissimi hominis & religionis violatæ indignitate commotus, Suantopolci regnum edicto publicauit, & vicinis gentibus, Hungaris, Polonis Austriacis diripiendum dedit, reliqua pars quæ hodie Morauiæ dicitur, vltro se potestati ac fidei Bohemorum permisit. Illud vero in primis memorabile est, qui idem Suantopolcus regno pulsus, quum aliquam diu incertis sedibus oberrasset, tandem Eremitis quibusdam supra modum austera vitam agentibus, socium sese adiunxit, nulli eorum patientia ac tolerantia laborum cedens; nec prius quis esse prodidit, quam finem vitæ iam instare animaduertisset. Eundem aiunt à contubernalibus Nitriæ in Pannonia sepultum, eiusque conditorio hoc Epitaphiū inscriptum: Regem Morauiæ Suantopolcum in medio regni sui sepultum iacere.

Septentrio

POLNA
vulgo POLM vnius: BOHEMIAE ciuitas
Regnum a Moravia diuidens.



ZNOYMA.



LEGANS hoc est & opulentum Moraviae, qua Austria spectat, oppidum, colli im possum, quem Teyam fluvius (Thayam vocat initio ferè libri iv. Dubrauius) præterlabatur, non procul inde ortus. Ad p'agam Septemtrionalem arcem habet tam loci natura quam operibus satis munatur; nisi quod ei à vicino monte, **Peltenberg** vulgo dicto, à quo fossa tantum seu hiatus quodam non admodum largo separatur, periculum non leue imminent, quam tormentis inde commodissime quat possit. Inter publica aedificia domus Senatoria sive Curia præcipue eminet, altissimam habens turrim, artificiose constructam. Priuatorum quoque ædes non parum elegancia pra se ferunt. Ab Austria Ducibus dotis pignore (vt cum Dubrauius loquar) possebam, verum Anno M. CCCXXIII.


regno Bohemiae restitutam lego. Qum enim Ludouicus Bauarus de imperio cum Friderico Austria Duce contendens, ad Mulforsum in Salburgensi agro, & vniuersum Austriaci exercitum profligasset, & ipsum quoque & fratrem eius Henricum, Ioannis maxime Bohemorum regis adiutus auxilijs, cepisset; Henrico ex libertatis recuperande leges dictæ sunt: vt nouem millia Marcarum argenti dependeret, prætensionibus ac priuilegiis, quæ Duces Austriae & Carinthiae, temporibus Alberti Romanorum Regis in Bohemia regno obi inuerant, tam ipse quam fratres renunciarent, & Znoymam cum castro à regno abstractam, redderent. Hoc eadem ciuitas famosa est Sigismundi Imperatoris, & Bohemiae atque Hungariae Regis obitu: & Barbara eius vxoris capititate, qui dum Bohemis diffidens, ad filiam Alberto Austriae Ducis nuptam, iter meditatur, aucta vi morbi, animam hic Deo reddidit, quo mortuo, Regina insana libidinis foemina & viuo marito nouas agitans nuptias, statim in custodiā datur: si: que vnâ & Imperatrix cautiua & imperatoris cadauer in Hungariam, mirabilis simul & miserabilis spectaculo deuehuntur. Cuiatem hanc vñà cum Brunna, & ambarum territoriis singulares Principes, Regum tamen vere filios, aut fratres, abundante scilicet liberorum multitudine, olim habuisse, è Dubrauij passim deprehenditur historia: è quibus vñus Conradus nomine quum Henricum Olomucensem Episcopum, quem tamē ipse vt sui causa Romam proficilceretur exorauerat, sceleratis insidijs in via intercepere conatus esset, coeque elapsi, omne eius viaticum & sarcinulas d. ripuisset, diris siue anathemate à Pontifice percussis est: Quas quum ille nihil penderet, atque etiam Legato, non sine minis, vltro insultaret: Vladislau Bohemiae rex, & hanc Episcopi, quem ob pietatem ac fidem vnicē amabat, & multas sibi iam antea factas iniurias ægerrime ferens, Conradum vi compescendum statuit, missisque copijs, Znoymam cuius arcis se incluserat, obsedit. Qum initio lente procederet obsidio, Vladislau vt militem alacriorem redderet, per castra voce præconis edici iubet, Eniterentur quisque quantum possent, urbem expugnandam strenue capesserent. Ciuium fortunas omnes & quidquid tam in oppido quam in arce si vi caperentur, militem præde se permittere Hoc terrore ciues, qui ad inferiorem portam qua Austria respicit, excubias agebant perculsi, signum ditionis è muro ostendunt, & viræ ac fortunarum promissa incolumitate ab Vladislao infidem recepti, portam aperiunt militemque intromittunt. Restabat arx, ceteroque vrbis contigua, fossa tantum modica intercedente separata. Ad eam fimo, ruderibus, lignis, & obuia quacunque materia implendam, dum miles audacter magis quam prouide accurrit, multi vitæ iacturam fecrere, periculum plurimi adiüre, Conrado ad fortiter intendam arcem suos incitante. At vbi tandem faces ac tela ignira essent ingesta, arxque tota fumo & flamma permisitis arderet, Conradus per interiorē arcis a secretam portulam elapsus, victori arcem quoque reliquit: & aliquamdiu per Austriae ac Bauariam errabundus, tandem ad Conradum Cæarem, sacram tunc in Palæstina contra infideles expeditionem adornantem, confudit, ad expiandum scelus, nomen suum inter milites professus. Eius operam Imperator sibi non inutilem fore arbitratus, & hominem ipse in gratiam recepit, & vt bonis restitueretur, ab Vladislao impertravit. Que deinceps tam in Bohemia quam Moravia de imperio contentiones exsisterint, idem Dubrauius luculenter exponit: simulque alibi non sine insigni addit elogio, Znoymenses ab Hussitarum erroribus maxime abhorruisse, eorumque furori restitisse: quamuis hodie totam fere regionem Anabaptistarum secta inundarit.

Septembris.

ZNAYMVM

vulgo
ZNAYM, MORAVIÆ CIVITAS
PRIMARIA.





BRUNA.

BOST Olomutium, Bruna (Pryn Germanis, Bruo Bohemis) Morauiae gentis caput est; vrbis adiutoriorum præstantia negotiatorum multitudine, ac ciuium opibus in primis conspicua. In piano sita est, excepta illa parte qua Spilbergum, arx natura & opere munificissima prealtum monti imposta, ciuitati imminet, duplice vndique fossa ac muro cincta. Non procul inde amnis praeterlabitur, Svitana nomine, mulras vrbis commoditates præbens. De antiquitate vrbis parum nobis quidem constat: verutam tamen esse vel Hungariæ Regis obsidione celebris est. Quum enim Anno M. CD. LXVIII. Pontifex Georgium Pogebracium Bohemiæ Regem, ob Hussitarum, quam amplectebatur, sectam regia potestate abdicasset, itemque Bohemos, & Silesios & Morauos omnes qui se haeretorum adiunixerant partibus, anathemate percutisset: Matthias nulla habita tam propinquæ affinitatis ratione (Georgij enim filiam in matrimonio habebat) socero bellum indixit. Primus impetus in Morauiam factus est, in qua Launa Matthiæ vltro patuit; Trebyzo vero arcu Victorinus, Georgij filius cum valido praesidio se inclusit, sedat Matthia obsecus, clam inde cum suis in tutum se recepit. Accepto in ditionem Trebyzo, Matthias Brunam versus castra mouit; positisque ad suburbia castris, missis praecone, Senatus rogavit: Vtrum haeretica prævaricatio patefacerent; si haeretica indictum à praecone bellum accipiant. Praecone responsum, postero die se Legatos ad regem missuros, cique satisfacturos. Ij vbi in castra venerunt, vnuus ita loquitus fertur: Si Senatus populus; Brunensis animus, Matthias Rex, perspectum habeas, intelliges profecto nihil tibi cum eis hostile intercedere posse. Orthodoxa enim ac Romana fidei electores sumus; quin etiam mori potius volumus quam ab Apostolica Romana Ecclesia deficeremus. Quum aliter facere non possemus, vtpote externis destituti auxilijs, haereticorum, quando ita tulit vius & temporis ratio, imperium perrellimus: animos interim ab omni perniciosa opinione liberos ac puros gestamus. Ut que Cæsaris sunt Cæsari, & quæ Dei Deo redderemus, externum regis imperium non detrectauimus; solitamen Deo ac Catholice fidei deuoram seruauimus mentem. Sincera & intemerata fides, integræ factorum ritus & inuolata ceremonia apud nos exstant. Præter legitima vextigalia & obsequia, quæ negare minime poteramus, nihil haereticis vñquam præstitimus, nec præstandum censemus. Summum Pontificem iam pridem accepimus, Matthia rex, & huic bello perfecisse, teque fidelibus vindicem atque assertorem dedisse. Te quoque, Pater optimæ, misericordie Legatum, qui pro Pontifice omnia administrares. Senatus noster decretum Pontificis non detrectat: ei tamquam Dei vices in terra gerenti; deinde Matthiæ regi, inuictissimo Catholice fidei propagatori, domini forisque oblequium pollicetur, spondet imperata se facturum: vrbis tantum libertatem & vetera priuilegia atque immunitates seruari sibi postulat. Nec vos ipsi negabitis, qui inter tam varias haereticorum fæctas integræ fidem & sacra illibata seruarint, præmijs magis quam pœnis dignos. Quando erga sinceram retinuimus fidem, Scrutatoris nostri pro cuius nomine arma sumisisti, præceptum & exemplum sequimini: pro fide saluos nos præstat: omni, vt æquinum est, nos seruitus onere leuate: immunes nos efficite, vt haereticis tanto mendignitatem & Maiestatem regiam afferendas, studia, vires, fortunas, vrbem, agrum, humana denique ac diuina concubinibus sive vt possessoriibus ac dominis portæ vrbis, ædes cunctæ patent. In potestatem vestram vrbem accipite. Illud tantum rogamus, vt quo commodiora proceribus, ducibus ac tribunis militum sint hospitia, gregariū militem in castris contineatis. His dictis, Legatus Pontificis cum Rege, oratoribus ac toti ciuitati congratulatur quod in rectâ fide permanerint, quod pestilentissima haeresis contagione se non infecerint, quod ne iacturam animalium facerent irreparabilem, à religione vera deficere noluerint. Rex etiam bono animo Brunensis esse iubet, pollicitus, le nō modo vetera priuilegia sarta tecta eis conseruaturum, verum etiam noua, atq; adeo integrâ libertatem concessurum Nec esse, vt nullam militarem formident molestiam; ciuitatem haud secus, ac facellum vel aram ab omni iniuria immunem fore; quineriam ciuium commoda castrensi mercatu non parum auertum vel. Legatis dimissis rex sequenti die vñ cum Pontifice Legato ciuitatem ingressus est, à Brunensibus honorifice iri. Legatis dimissis rex sequenti die vñ cum Pontifice Legato ciuitatem ingressus est, à Brunensibus honorifice exceptus hospitiis cuiquæ pro dignitate designatis. Mox castellum vrbis imminens obedit, quod à Valido haereticorum praesidio tenebatur. Georgius vbi Brunam ditionem fecisse accepit, quantas potuit copias, vt obsidio aliquoties cum Matthia habito colloquio, ac coniuicio etiam celebrato, paucos post dies inde discessit. Matthias quoq; ne frustra ibi tempus tereret, Magyarum Blasium cum parte copiotum ad Spilbergi, ob sidionem reliquit; ipse cum reliquo exercitu Olomutium profectus, & hoc & pleraque alia Morauiae oppida similiter in ditionem accepit. Spilbergum vero vix nouem mensium spacio ad ditionem potuit cogi. Hac tanto prolixius com memoramus, vt insignis Brunensium ciuium in Catholica religione appareat constantia: quam hodieq; ijdem in tanta haereson, quibus Morauia scaret, multitudine integræ & immotam seruant. Quod singulare Dei beneficium Societas Iesu, cuius ibi est præstantissimum Collegium, industria, vigilancia, doctrina & exemplo adiuvatur.



BVDA, vulgo OFEN.



IRCA nomen huius virbis eiusque inuestigandam originem, mirum est quoniam inter se dissentiant scriptores. Ranzanus corrupte Budam vocari putat, quem Bleda dicenda sit, à Bleda Attilae fratre. Et hoc quidem nomine Attilae fratrem fuisse Bonfinius quoque putat: idem tamen paullo post in eodem libro, quasi sui oblitus, Attilam multis vaftatis gentibus domum reuersum, sua manu fratrem obruncaſſe scribit, quod Sicambria, quam muro cinxerat, non Attilae, sed Budae nomen in diſſert. In quo etiam Nicolaus Olahus in suo Attilae astipularat, qui adit, interfecito fratre, iuſſile Attilam, ut Budae memoria abolita, Attilae nomine deinceps appellaretur: id tamen (vt plerumque iuſſis obnubitur humana ingenia) à paucis fuisse obſeruatum. Hungaros quidem eam arcem & virbem etiam in Budam; Germanos vero nunc Egelenburg, (quasi dicas Attilae caſtum) nunc à furnis, quibus calx ibi olim coquebat, Ofen, id est, fornacem vocare. Alij Budam diſtam volunt à Budinis, vetustissimo Scycharum populo (& in hanc ſententiam idem Bonfinius magis inclinare videtur) qui cum Attila Hunnorum rege in Panionias deſcenderint. Quidquid fit, plerique duplice Budam, veterem & nouam faciunt. Illam Sicambriam prius nominaram volunt; quod Romanorum legio è Sicambris conſcripta, ibi locorum praefidia agitarit, atque virbem conſtruxerit. Lapidem certè in Buda veteri, Matthei regnante, dum fundamenta aedium Beatrixis Reginæ iaceant, effoſum scribit Bonfinius, cum tali inscripſione: **LEGIO SICAMBRORVM HIC PRÆSIDIO COLLOCATA CIVITATEM AEDIFICARVNT, QVAM EX SVO NOMINE SICAMBIAM VOCAVERVNT.** Quæ ſi vera eft (quamvis eruditiori alicui fortaliter antiquitatem parum sapere videri poſſit) omnis dubitandi ratio ſublata eft. Aliorū omittim inepias, qui à nescio quo Buda, inter Indiæ Gymnoſophitas seu Brachmanas doctrinæ principiē dictam nugantur; quafi tam nobili ac præclaræ virbi ex India vñque auctor quærendus fit. An vero Curta Ptolemaei vel Aquincum fit, alijs diſcutiendum relinquo.

Sed ut ad nostrum præcipue institutum veniamus, BVDA haud dubiè vetus eft virb, ad Danubia ripam, duobus & trīginta milliarib⁹ inſtra Viennam Aufrię, edito in colle ſita, & quidem tam declivi alibi, ut ad faciliorem ascensum ac descensum olim Regum magnificientia lapi-dei polis fuerint gradus. Adipius loci genium quoq; attinet, vii villa non in Hungaria modo, fed & tota ferè Europa ciuitas olim fuit, quæ cum hac vel amēnitate ſitus, vel ſoli fecunditate, vel opportunitate fluminis, vel publicorum ac ptiuatorum ædificiorum nitore, vel omnium rerum tam ad neceſſitatem quam luxum ac voluptatem vita pertinentium vberate potuerit comparari. Arcis quidem, & natura & operibus permuniuit, ea fuit magnificētia, ut intus ac foris auro radiare omnia viderentur. Quid de ſplendore Basilicæ dicam, quam Geyſa & Ladislaus reges fratres in honorem Deiparae Virginis exſtruxerunt, & Paſtanis veſtigialibus, tribusq; in Simigienſi agro viciis multis que viliis & aureis atque argenteis ornamentiſt dorarunt? Ex a dueſo arcis mons aliquantum editioñi aſſurgit (vbi Turce hodie propugnaculum ac validum tenent praefidium) olim à B. Gerardo, a templo ſub eius nomine diuinis pietati dicato, appellatus: cuius interceſſionem peite correptis Dei misericordiam ritè in tocanibus ſalutarem eſſe, piæ imagines & appensa perſolitis votis donaria reſtantur. Sed hac fuerunt. Nunc enim omnia Christianæ olim pietatis & inſtrumenta & ornamentiſt ineptis & fecidis Mahometanorum ſuperstitionibus vel cedere vel inferire coacta ſunt.


In aduersa Danubij ripa Paſtanum, Buda aliquantum minus, ſed & ipſum imprimis elegans ac locuples oppidum in planicie poſitum, multis itidem dothibus commandatur. Et ut ager circa Budam totus in colles partim vineis, partim arvensis nemoribus confutus aſſurgit; hic Paſtano opido ſubiecti campi mira hortorum iucunditate & paſcuum vberate luxuriant: ut toruſ regni metropolis in merito hoc loco colloſſari debuisse videatur.

Reſta ut quomodo in Turcarum venerit potestatem, paucis diſſeramus. Ludoico rege in clade Mogacensi interempto, quum inter Ferdinandum Regem, & Ioannem Scepum Transylvaniae Vaiuodum de regno eſſet orta, & vterque ſuæ factionis opera in regem electus ac coronatus. Ioannes Ferdinandi viribus impar, in Poloniā primus, inde ad Solymānum Turcarum Imperatorem configit. Cui nulla vñquam gratori res accidit: ſtatiuſque ad Ioannem in regnum reducendum, cum trecentis hominum millibus in Hungariam venit. Eius aduentu cognito, qui Budæ in praefidio erant, partim Strigonium profugerunt, partim in arcem ſe incluerunt, annidente maximè Thoma Nadastó, qui omnibus modis retinere eos laborabat. Quum vero hoſtem magnis viribus ad obſidionem properare accepifſent, in eis hostis perculsi, arcis hoſtibus statim dedeſt confiſum capiunt, eique reclamantem Praefectum in vincula coniugeunt. Paſtū ut cum impedimentis incolu-mis dimitterentur: mox egressi, a barbaris hanc eorum perfidiā & ignauiam detestantibus circumueniunt, ſpoliati accaſi ſunt: Praefectū vero Solymānum, collaudata eius virtute, liberum dimiſi. Idem publico edicto promulgari iuſſit, quicunque Ioanni Scepū ſuo, cuius in regnum reponendi gratia ſe veniſſe prædicabat, ſe non dederet, diuineque eſſet audiens, in eum le ferro flammamque vindicaturum; qui vero eidem tamquam regi parere in animu inducerent, ijs libertatem, priſina iura ac priuilegia conſeruaturum. Hinc ad Vienna obſidionem profectus, Ioannem quidem in ſpeciem pro Hungaria rege haberi voluit: quum reuera regnum in ipſius eſſet manu. Paulò poſt, netrō Anno M.D. XXXVIII. mortuo Ioanne, vñco reliquo ex Elisabetha Poloniæ Regis filia, paulo ante mortem nato filio, quum Ferdinandus viduam acutores, ut paſtū cum Ioanne initis ſtarent, admouueret, quibus, ſecreto ramen, ne Solymānum offeteretur, caurum erat, ut Ioanne defuncto, ius omne ac regni titulus, qui vtrique communis erat, ad Ferdinandum redire: tuiores infantis, & qui à Ioannis ſteterant partibus proceres Turcicum implorant auxilium. Iam Ferdinandus Vicegrado, Alba regali & Paſto occupatis, Budam magnis viribus oppugnabat, ductu Rogen-dulphii ciuiuſdam; fed Turcicis ſuperuenientibus auxilijs, ingenti accepta clade, Paſto etiam per ſummam ignauiam amifſo, ab obſidione diſceſſum fuit. Paulò poſt ipse quoque Solymānum cum reliquo exercitu ad Budam caſtra ponit, & matheſa mittit infanti Stephanō, vefteſt au-ro teatras, & equos valde ſpeciosos; matri verò nuncianū iubet, cupere ſe puerum videte: perit ut in caſtra eum mitrat. Mulier vehementer anxiæ, quum aliter facere non poſſet, hortatuſ procerum puerum mittit, vna cum nutrice, comitatum turba nobilium, & in his Georgio Franciſcano mochano, Varadinensi Epifcopo, qui vñā cum Petruſtio infanti à Patria tutor datuſ erat. Solymānum perhumaniter omnes exceptit, & legatis ſplendidum conuicuum apparati iubet, mox per ſuos ostendit, velle ſibi Budam tradi: neque enim ipſis eas eſſe vires, quibus virbem contra hoſtem poſſim defendere; & ſibi ſubinde eō redēndū fore cum exercitu: quod valde futurum ſit & moleſtum & ſumptuosum. Hi ſuo periculo anxiū dum muſlant, & veſtigio Praetorianorum Praefecto virbē occupanda datur negotium: neque prius ad matrem remiſſum eft filius quām Paſtū validis praefidij, reliquum exercitum domum reduxit. Ethoc quidem iniſtū ſuit non regiæ tantum huic virbi ac regno Hungaria, ſed etiam toti Christianæ Reipublicæ à ſeuimis tyrannis inſtituarum miſeriarum, ac deploranda ſeruitur. Multi inde conatus ad recuperationem regiæ huius virbis, ſed plerique omnes fruſtra ſucepti ſunt. In primis Anno 1602. Ruluvvumius magni nominis Dux, virbi arma admoquit, & circa medianam noctem virbem aquaricam (vulgo Wafferstat) inuahit & expugnat, ponte etiam ignibus artificialibus confracto: inde arma Paſto intulit, & ſumma celeritate in ſuam potestatem rededit, magna præda ibi reperta, & Petro Orſio cum praefidio 1000. peditū & equitū impoſito. Inter ea Matthei Archidux ſuā praefidio ad Budam oppugnandam aduolat: ex aduerso itidem supremus Baffa Albam regalem ſe recepit, Cæſareanis obſidionem continuantibus: cuius exitus tandem iſuit, ut percrebrente de Tartarorum aduentu, Christiani copias reduxerint, nonnullis tamen oppidis que eo in diſtriſtu occupauerant, praefidio munitis. Sed maximis motibus in Superiori Hungaria, Transylvania, & alibi exortis, Turcis etiam inducias fraudulenter traetantibus, & hoc prætextu multas præclaræ gerendarum terū occaſiones eludentibus, noſtri diſcedere Paſto coacti, Turcis integrum eius diſtriſtu poſſeſſionem reliquerunt. In illam elegans eft Iulij Caſtaris Scaligeri Epigramma:

Threicu iaculū, ſeu ique obiecta ſarūſt,
Virtutis Scyrica lima retuſa ſuit.
Nunc miſera, & miſere extremita exterrita ſatū,

Olim ab ſe vičiu ſordida præda iacet.
Diſcite quid faciant diſcordia petora, Reges,
Semper ſic diſi ſita regna ruunt.





CASSOVIA.




M P L A hæc est in primis & munita Hungaria civitas, non procul à Transylvaniæ finibus, ad Heuatum fluum sita, & ad regni ab illis partibus defensionem, & ad commercia peropportuna. Est enim hoc unum ex præcipuis Hungaria propugnaculis, ad hostem quemuis non validissimum sustendum sufficiens: muro dupli magna ex parte, spatio aggere & profunda fossa cinctum. Et in fide quidem Serenissima ac Cæsareae Dominus Austriæ constanter permanit, víque ad ea tempora quibus Botscavi Transtylvaniæ, & nonnullarū partium in Hungaria imperium inuasit. Cassouia tum arque etiam Transtylvaniæ, qua nuper Sigismundus Bator cesserat, Cæsaris nomine præerat Georgius Baſta, vir militari laude clarus: cuius tamquam peregrini imperium pertasi Haiducci (sic Hungarici pedites appellantur) ductore prædicto Botſcaio, res nouas moliri cooperunt. Baſta in Cæſariana caſtra ad Strigonium Anno M.DC.IV. proficisciens, tam Cassouia quam interioris Hungaria Præfecturam Belgiosā Comiti demandauit: eaque re Hungarorum animi magis irritati sunt. Belgiosa enim, cum selectis equitū peditumque copiis Botſcaij arcem San Iobum nomine repente adortus expugnauit, eamque, vt & totam illam Botſcaij ditionem diripiuit. Is Pragæ tum erat, Ordinum quorū dā inferioris Hungariae & Transtylvaniæ nomine exulceratis rebus remedia poscens. Accepta huius inuasionis fama, quamprimum in Transtylvaniam contendit: magnoque vulgi applausu exceptus, Princeps salutatur. Mox ingens fit ad Botſcaij Haiduccorum concursus, itinera omnia obſidentur. De quo certior factus Belgiosa, collectis quantas potuit copiis, hoſti se obiicere decreuit, sed pugna infelicititer conserta, quum Cassouiam regredi vellet, à Senatu ac ciuibus, partim priores iniurias, & atrociorum minas, partim annonæ defectum, partim etiam Haiduccorum metum cauſantibus, exclusus est. Erat tunc in urbe Ericus Lassatus, summus recensendo militi Præfectus: qui licet summa fide omnia fecerit, vt ciuitatem in Cæſaris obsequio retineret; cauere tamen non potuit quominus primum Botſcaii Legatus Lippaius Baloscius deinde ipſe quoque Botſcaius fuerit intromiſſus. His ita gestis, Baſta mense Decembri eiusdem anni, exercitum Cassouia admouit, misisque legatis, ciues vt ad obedientiam redirent cohortatus est. Sed Haiducci tanta vi ex urbe in caltra detonuerunt, vt Baſta re infecta discedere coactus fuerit. Dici non potest quam multa inde utrumque crudeliter patrata sint; vt nisi pax labantes res sufflaminasset, omnia iam iam in certum exit, tum ruitura viderentur. Iam enim Turcæ Strigonium nostrorum militum magis perfidia quam sua virtute receperant: & Botſcaius, tota fere Transtylvaniæ potitus, & Turcarum adiutus auxiliis, arma per Hungariam ad ipsam usque Austriae circumferebat, Cassouia belli constituta sede. Prætextus, vii plerisque aliis, Religio & Libertas. Quum ergo pars utraque summis difficultatibus cōflictaretur, tandem Anno M.DC.XI. mense Quintili, Botſcaio in griam recepto, pax facta est, cuius tamen commodis ille diu vti frui non potuit, veneno ò domesticis propinato, XXII. Decembribus Cassouia extintus: quum inter ea pax quoque inter Christianos & Turcas coiffet. Post eius mortem, vt i conuenerat, non Cassonia modo, verum etiam quidquid Botſcaius sub imperio habuit, in Cæſaris potestatem rursus concessit; ac paullatim è summis miserijs eluctari ac pristinum nitorem recuperare cœpit.



AIVQ

ALMANACH



Occidens

A G R I A vulgo, Erlauv.



GRIAM, superioris Hungariae nobile oppidum & Episcopalem sedem, ab Agrianis, Illyrici populis, qui à Triballorum tergo habitabant sed traicto Danubio, in Partisgotorum agro, haud procul à Tibisco amne confedere, Bonfinius & conditam & denominatam putat. Sunt qui antiquorum Vinundriam esse putant, cuius Ptolemaeus in superioris Pannoniae tabula minuit, eique trigeminum octauum cum dimidio gradum longitudinis assignat. Sed Lazius Vinundriam superioris Pannoniae oppidum id esse demonstrat, quod hodieque *Venedicq; Bratis* appellatur. Et simplicius illi, meo iudicio, & rectius, qui ab Agria riuo oppidum aluentem, nominis originem deriuant; inepre vero, qui Agrestibus in colarum moribus etymon adscribunt. Quasi inter barbaras illas & agrestes gentes Latinæ linguae vsus tam communis fuerit, ut etiam oppidis Latina indiderint nomina. Quantum è Bonfini colligi potest historia, olim sane nec celebre admodum, nec valde munitum fuit oppidum: vt quod Erasmus Tenfelius, Ferdinando regnante, primum operibus ac propugnaculis firmare cooperit: qua paullatim eò roboris euicta sunt, vt non modo varia Turcarum excursiones inde represse, verum etiam ingens hostiū multitudo, magno cum damno & dedecore ab obsidione depulsa sit. Eius situm Sambucus in Appendix ad Bonfinij Decades, sic describit. Mons quidam est, in cuius latere acclivi, sed eo suspecto & insidofo, inque profundam vallem vergente, à S. Stephano, vt fertur, applicata cernitur Agria. A Septemtrionibus sedes regia obicitur. Ab ortu montem alium habet editissimum: cuius de summo liber in arcem pater prope Exitus & ingressus Occasum versus spectat. Ad Meridiem amoenissimus campus visitatur. Ab eadem plaga oppidum in valle constitutum, praepustum illud quidem ac munitione tectorio ex argilla facto: vbi fluuius Agria haud lento cursu per medium fertur. Templum vero, primatu Episcopatus nobile, Occasum spectat. Ceterum arx ipsa, quam alias semper, tum vero reiecta fortiter obsidie ne, magis innouit, atque à paucis annis munitiones atque ornamenta insignia recepit. Et enim à meridie ingens propugnaculum, vicinaque illi Thomæ Varcozz porta se ostentat, adeoque in festiorem hostibus, porpinqua sibi Occidentem versus turri, comminatur. Nec parum praesidij obcessis in propugnaculo, quod ibidem Domo exædificarat, constitutum fuisse videtur. Intra hoc opera cratice ad vsque insignem dictam iam molem perduta. Interiecta his fossa humili: atque etiam prope septa portæ congestus tumulus, irruptioni hostium oppositus: in cuius vertice cratera terra completa, ac tormenta ad disturbandum hostem quoquo versus disposita apparent. Post hæc aliud quidam agger olim excitatus, inter Septemtriones & Meridiem prominet. Videas etiam gerras in tectis ac pluteos ipsius arcis, eiusque angulo erectos, hæcque sepibus artificiose obducta. Haud procul ab his, paulo tamen interius ad angulum, de silice præminutio construxta, quæ in Septentrionem potrigitur, vbi carcer est: statim magnifica quedam ædificia Austrum intuentia se se offerunt; sub quibus remotior ille murus, qui proxime sepibus magnis excipitur. Item aliis in exitu palatiorum subest, qui Alexandri propugnaculo terminatur. Porro autem recens memoria tenet, Petrum Perenij hanc arcem in duas diuisisse partes interiorem & exteriorem. In illa coenobium inclusisse, atque custodiā captiuorum in propugnaculo formam redigisse; ab exteriore arce ad dictum modo locum aggeres iecisse, in quibus tormenta disposita, & in tres plagas directa, plurimum ad arcendum hostem profuere. In sanctuario ibidem statua multorum erant siquidem aliquot tabularum turres constructæ superius, ac terra completa, confaciebantur. In super ut omni incursu irruentes prohiberent, gerra ac viminea dolia, tormentis iuxta collocatis, existabant. Adiacet his pendula porta, quæ in arcem exteriorem defert. Ab hac rectus murus, de quo paullo ante ad angulum usque pertinens, terra ingesta ad projecturas plenus & coronas usque ostenditur. Ibidem tumulus murum exarquans adiectus, qui & ipse textis & coribus munitus est: cuius fastigium obsecram, ne ex monte in arcem despectus daretur, multum depugnationem adiuvuit. Deinde à mole Alexandrina adiisque angulum, extra muros, fossa est altissima, parum muro longitudine. Isthinc rufum alijs sine ambagiis in terrassis, ad magnam extendit portam, in cuius extremo turricula quedam velut latens conquiescit. Hic est situs arcis interioris. Nunc alterius quoque formam paucis indicemus. Hæc Alexandrinam molem adeoque murum interpositum ab Austro aspicit. Fossa etiam qua communis intercedebat, exteriore ipsa arce concluditur: vbi propugnaculum à Stephano Cyabij factum est, qui diuisionem arcis hanc à Perenio perfectam instituerat. Apud Cyabianum, paullum ad Occasum, angulus alter procedit, qui palatio muri exterioris loco est. Ab eodem Cyabiano tenuis murus ad latus montis excurrit, in cuius angulo turris rotunda existit, inedificata illa, & graui materie solida. Ceterum Emericus Bebek ad alterum murum peculiare propugnaculum fieri curauerat, quod ipsum etiam nomen ab auctore sumpfit. Atque ita in prominentes duos angulos huius arcis finis desit. Mox refer pedem à Bebekiano ad ingentem veteris porta molem, vbi inuidius cernitur murus, supra quem lapidea turris locata, sub qua ol'mianicum fuit, hodie quoque foeno & similibus rebus importundis commodum. Paulò in ferius penes angulum, alijs ruinofus murus in meridiem tendit: qui vbi ad interiorum secessit arcem, fossam impedit, quod tenuis murus secreta arcis habet fossam perangustam, intus à Cyabino ad præstatum angulum usque productam. Hic duplicato vimine sepes sunt iunctæ, quibus terra solidissimè compacta impletis, minutæ turres, ad arcendos hostium globos, si præminens murus deturbatus fuisset, adiecere. Eadem ratio munitionis in propugnaculo porta obteruata: siquidem inter murum ac sepes fossa currit amplissima, eaque crebro intercepit, ac turriculis ad tormentorum usum exstructis firma. Ad summam, nihil defuit ad optimam loci munitionem, sepibus perdensis, & varie decussatim que dispositis, vbiique prætentis. Et hæc quidem Sambucus de Agriensis arcis atque oppidi situ ac facie, quam tum habebat, quum Anno M. D.LII. à Turcis obcessa, ac vehementer opugnata,